130.

Mit 19 Tafeln.

9/h 97.



STADTBIBLIOTHEK
KOENIGSBERG.

Kircheriana Domus naturæ artisq; theatrum
Par cui vix alibi cernere posse datur.

AMSTELODAMI.
Ex officina Janssonio-Waesbergiana Anno MDCLXXVIII.

ROMANI COLLEGII
SOCIETATIS JESU
MUSÆUM
CELEBERRIMUM,

Cujus magnum Antiquariæ rei, ſtatuarum, imaginum, picturarumque partem

Ex Legato

ALPHONSI DONINI, S. P. Q. R.
A Secretis, munificâ Liberalitate relictum.

P. ATHANASIUS KIRCHERUS Soc. Jesu,
novis & raris inventis locupletatum, compluriumque Principum curioſis donariis magno rerum apparatu inſtruxit;

Innumeris inſuper rebus ditatum, ad plurimorum, maximè exterorum, curioſitatiſque doctrinæ avidorum inſtantiam urgenteſque preces novis compluribuſque machinis, tum peregrinis ex Indiis allatis rebus publicæ luci votiſque exponit

GEORGIUS de SEPIBUS *Valeſius*,
Authoris in Machinis concinnandis Executor.



STADTBIBLIOTHEK
KOENIGSBERG

AMSTELODAMI,
Ex Officina JANSSONIO-WAESBERGIANA.
ANNO cIↃ IↃc LXXVIII. *Cum Privilegiis.*

BIBLIOTEKA W OLSZTYNIE MUZEUM
St ar 1097

Kircheri *Tempe fœcundo germine culta,*
Quàm verno ſepſit vimine de Sepibus.

Sic alludit J. S. KESTLERUS.

ROMANI COLLEGII
SOCIETATUS JESU
MUSÆUM
CELEBERRIMUM,

Cujus magnum Antiquariæ rei, ſtatuarum imaginum, picturarumque partem

Ex Legato

ALPHONSI DONINI, S.P.Q.R.

A Secretis, munificâ Liberalitate relictum.

P. ATHANASIUS KIRCHERUS Soc. Jesu, novis & raris inventis locupletatum, compluriumque Principum curioſis donariis magno rerum apparatu inſtruxit;

Innumeris inſuper rebus ditatum, ad plurimorum, maximè exterorum, curioſitatiſque doctrinæ avidorum inſtantiam urgenteſque preces novis compluribuſque machinis, tum peregrinis ex Indiis allatis rebus publicæ luci votiſque exponit

GEORGIUS de SEPIBUS *Valeſius*,
Authoris in Machinis concinnandis Executor.



AMSTELODAMI,

Ex Officina JANSSONIO-WAESBERGIANA.

ANNO ↀIↃ IↃC LXXVIII. *Cum Privilegiis.*

Kircheri *Tempe fœcundo germine culta,*
Quàm verno ſepſit vimine de Sepibus.

Sic alludit J. S. KESTLERUS.

Illustrissimo & Excellentissimo DOMINO,

D. JOANNI, S.R.I. COMITI de CLARY, & ALDRINGEN,

DOMINO *meo semper Colendissimo.*

ATHANASIUS KIRCHERUS SOC. JESU.

S. D.

CUm jam dudum ad propagandum Magnæ Deiparæ in Monte Eustachiano cultum anxio animo, ad quinque Sacella Campestria, in devotionem peregrinorum exstruenda, agitarer; nec expensæ ad operis executionem mihi suppeterent; ecce Excellentia Vestra meam de Concepto Opere assecuta intentionem, (utique inspiratione ejus, de cujus honore agebatur) etiam non rogata, insolitâ, & non expectatâ liberalitate, succurrere, non est dedignata, meque ad pii operis executionem prosequendum instimulari non destitit; Te enim in expensis qualibuscunque tandem faciendis, minimè defuturum, mihi spopondisti. Quod & absque ulla procrastinatione, per Tuum in Urbe Negotiatorem præstitisti. Ne itaque tanto, & adeò Magnifico Fautori, quovis modo ingratus videri possem, nec aliud de præsenti occurreret, nisi Opusculum, cui titulus: *Musæum Collegii Romani Societatis* JESU à me exstructum, & à *Georgio de Sepibus*, Musæi Custode, & meo in Machinis elaborandis Opifice, integra

fide, meo jussu descriptum. Ego id Glorioso Nominis Tui splendori, in debitæ gratitudinis pignus, meique ad Excellentiæ Vestræ, inviolabilis amoris affectum ferę posteritati contestandum, dicandum, consecrandumque censui & spero Excellentiam Vestram, eo id affectu acceptaturam, quo id Author perpetuę observantię tesserâ devictus obtulit. Meum porrò erit, DEUM OPT. MAX. ejusque Sanctissimam Matrem pro salute, & prosperitate Domus Tuę incessanter orare, ut mille benedictionibus utriusque replearis. Vale Sacri Imperii Comes, Singulare Bohemici Regni Decus, ac Ornamentum.

Romæ 25. *Jan.* 1678.

CURIOSO LECTORI

S. P. D.

GEORGIUS de SEPIBUS.

QUemadmodum inſtabilis rerum humanarum viciſſitudo nihil nobis firmum, ſolidum & conſtans pollicetur, ita quoque more ſuo omnia vix orta cum tempore fallacibus fortunæ rotis ſubjecta paulatim in nihilum reducit, quod non duntaxat in politicarum adminiſtrationum ſtatibus, ſed & in divitiarum ingentium coacervatione, fabricarum inſolenti faſtu, & Martialis potentiæ granditate fieri, Hiſtoriæ nos docent, & quotidiana experientia nobis luculenter demonſtrat. Hæc ubi ſolet Kircherus attentè conſiderans, & exiguam hanc Muſæi ſui non exiguo ſtudio & labore undique conquiſitam ſupellectilem, parem fortunæ vicem ſubire poſſe, penſiculatius trutinans, identidem illud ruminare ſolebat: Et quæ paraſti cujus erunt? & paucorum ſiquidem annorum experientia ex quinque nobiliſſimis celeberrimiſque Romanæ Urbis Muſæis, videlicet Equitis Qualdi, Angelomi, Menedri, Stephanoni, Joannis Baptiſtæ Romani Ordin. D. Auguſt. cautior factus didicit. Hæc enim, quæ pretioſarum rerum reconditoria, quæ poſſeſſores eorum tùm ad advenarum, virorumque literatorum uſum; tum ad æternæ urbis ornamentum tanta cura, ſollicitudine, nec non tantis ſumptibus erexerant; mox iis communi fato ſublatis hæredes eorum nullum antiquitatum, variſſimarumque rerum, quibus inſtruebantur, rationem habentes, omnem congeriem in publicis locis ſubhaſtatam, lucri, pecuniarumque avidiores, nunc has nunc illas res pro lubitu emptorum ſelectim vendiderunt. Atque ne idem Authori noſtro contingeret, ne, & quæ tanto ſtudio & labore ad divini nominis gloriam, & reip. literariæ emolumentum, congeſſerat, non ſubito una cum obitu ejus, pro varietate temporum interirent; effati hujus documento (quæ conſervari vis, provide maturè) omnia quæ in dicto Muſæo, vel à 40 annorum decurſu obſervatione digna, vel quæ naturalium rerum arcana, vel artificioſarum machinarum antiquitatumque eruditionem concernebant, unquam demonſtrata fuerant, ordine deſcripto prælo committerentur; ut ex eorundem hoc præſenti elencho rerum contentarum notitia ſeræ poſteritati conſtaret: cum vero is innumeris aliis literariis occupationibus tunc temporis quà componendis, quà imprimendis libris diſtentus manum applicare non poſſet; mihi ceu omnium rerum in Muſæo comprehenſarum conſcio executionis munus offerre non eſt dedignatus: ego ſane uti non ab Authore ſolummodo excitatus, ſed & exterorum, qui dum Muſæum viſerent, ad illius periochen quandam deſcribendam inſtantibus precibus non ſemel ſollicitatus, poſtulatis tandem ceſſi. Artis itaque & Naturæ ergaſterium, diſciplinarum Mathematicum gazophylacium, philoſophiæ practicæ epitomen, Muſæum Kircherianum hiſce, ea fide & ſinceritatis candore, quo me virum Germanum decet, pandere exordior. Vale benevole lector, & meo labore interim fruaris.

IN-

INDEX CONTENTORUM IN HOC LIBRO.

PARS PRIMA.

CAPUT I. Compendium, quo *Muſæi Romani* Deſcriptio, rerum præcipuarum ſeries, & ordo exponitur. *Fol.* 1

II. Laquearis formalis, & myſtica Deſcriptio. 4

III. Larvarum marmorearum, fictiliumque Vaſorum Deſcriptio. 5

IV. De variis Picturis, & Effigiebus. 6.

V. Idolorum vetuſta Heroum ſimulacra ære, marmori, ſaxiſque inciſa. 7

VI. Varia peregrinarum linguarum, ac Regnorum Monumenta. 8

VII. De Obeliſcis Ægyptiorum. 10

PARS SECUNDA.

CAP. I. Officina Vitriaria. 13

II. Officina Veterum, ac modernarum Lucernarum, ſeu Lampadum. 15

III. De Inſtrumentis Mathematicis. 16

IV. De Magnete, & Magneticis Machinis, & Operationibus. 18

V. Ars Colibiſtica Ponderum & Menſurarum ex antiquis *Romanorum* Monumentis tranſſumpta. 22

VI. Apparatus Rerum Peregrinarum ex omnibus orbis pelagis collectus. 23

VII. Optica, Catoptrica, Dioptrica Experimenta. 35

VIII. Mundi Subterranei Fructus. 41

IX. Hermetica Experimenta. 45

PARS TERTIA.

CAP. I. Numiſmata. 48

II. De Muſicis Inſtrumentis. 50

III. De Thermoſcopiis, Smicroſcopiis, Pſichroſcopiis. 52

IV. De Horologiis. 54

V. De mobili perpetuo. 56

VI. De Luſu Globulorum 58

VII. De Oraculo Delphico. 60

VIII. De Patris *Athanaſii Kircheri* operibus. 61

MU-



Frustrà vel Pictor, vel Vates dixerit; Hic est:
Et vultum, et nomen terra fecit Antipodum.

Jacobus Albanus Gibbesim, M. D.
in Rom: Sapientia Eloq: Prof.



MUSÆUM COLLEGII ROMANI SOCIETATIS JESU.

PARS PRIMA.

CAPUT PRIMUM.

Compendium quo Musæi Romani *Descriptio, rerumque præcipuarum series exponitur.*

Cap. I. OStium plenum majestatis cancellis hinc atque inde tum affabrè excisis, tum intus promotorum benevolentia ectypis condecoratum splendescit, quæ *Alexandri* VII. *Clementis* IX. & *Clementis* X. P. O. M. inter Obeliscorum coronam ejusdem Sanctiss. Pontificis pro tempore regnantis effigiem sacris symbolis appositè exprimunt. Atque inter ornatissimam aram pretiosis artis & naturæ curiositatibus exornatam ingredientium oculis se sistunt, cujus tergum organum omnis generis avium concentum imitans, ac sonoro Ægyptiorum tintinnabulorum clangore tripudians, atque mechanico motu, & automato tympano instructum advenis festivè alludit.

Ad dexteram latus Bibliothecium solius authoris operibus refertum conspicitur, inter quæ Authoris manuscripta *Avicennæ Latina, Hebraica, Arabica interpretatio : una cum libro simplicium, in quo rariores, de quibus Avicenna agit, herbarum species ad vivum naturæ exemplar expressæ* videntur. Fulciunt hæc diversæ artis combinatoriæ cistulæ, in quibus Musurgica, Arithmetica, Geometrica nova inventa, Authoris nec dum comperta ingenii sui raræ, sed claræ tesseræ ad curiosorum exercitium continentur.

Ad sinistrum latus pulpitum versatile 12 Romanorum Imperatorum copiosis numismatibus pretiosum, & arte singulari conspicuum, tapete ex Indica palea texto coopertum. Quod sequitur lapidariæ artis, & sculptoriæ refertissima mensa, cui Salvatoris Christi effigies inter florum corymbos plena majestate, & juvenili gracilitate, *Guidorenei* penicilli autographum, in admirationem & venerationem advenas rapit. Cui supponuntur sculptoriæ artis specimina, à celeberrimo Architecto, & Sculptore, *Bernino* Equite, in lusu pueri cicadæ capiendæ elaborata. *Pars* I.

Ad feneſtram unde spacium hoc lucem capit, quæ undique raris ac variis picturis conspicua, sympathicæ materiæ species, soli authori nota, aquæ subere fulta innatans, horoscopium, lucis dominum sequi visitur; magnum naturæ opus.

Hucusque intra vestibula introductus curiosus advena, jam totius *Musæi* seriem (in classes totidem capitibus deducta artis & naturæ arcana) recensebo. Quæ hinc inde pro situs angustia eleganti varietate permixta reperiuntur, quarum seriem ideo compendiosè ingero, ut vel prævia lectione edoctus prius intelligat quàm videat, aut si videre prius contigerit, facilius reminiscentiæ aut ruminationis fructum capere possit.

Quemadmodum vero omne bonum desuper & à patre luminum dimanat, ita quoque eo aut naturali instinctu, aut divino attractu omnes mortalium animi trahuntur. Hinc Au-

Cap. I. thoris ſapientiſſimi mentem admireris, qui totius cœli & terræ, tum materialem tum intellectualem Iconem *Muſæi* fornicibus ac tholo, qui uſque in longum extenditur, lateque in hemicyclum curvatur, docto penicillo exprimi voluit, quin & materialem ubi totum laquear extenſum eſt, in quinque ovata ſpacia dividi juſſit, quorum primis quatuor elementorum figuras effigiari, in quinto autem cœleſtium ſphærarum congeriem dominiumque exhiberi voluit. Intellectualem vero in hieroglyphicis figuris antiquorum ſapientum effata, peregrinis caracteribus & ſimulachris eleganter diſtribuit, è cujuslibet autem ovati intervallo ubi arcuum fornicis lineæ ſe intercidunt, cœleſtem genium eo artificio conſtrui voluit, ut continuo motu, & à principio artificiali ſe movere atque volitare videatur. Ex his diſces peregrine, quod uti à DEO omnia in omnia derivantur, tanquam à naturæ Authore, ſic omnia è contra ad eum referri pulchra comparatione expreſſum intuearis.

Fornicis diſtributio.

Poſtquam Author ſcientiarum largitorem *Deum* multitudinem ſimulacrorum ſummum opificem expreſſit, utpote tum divina, tum naturæ lege edoctus humanæ quoque ſatisfacturus legi, beneficos Mecœnates, benignoſque ſcientiarum fautores, & patronos è muneribus eorum præſtitis laudat. Unde *Muſæi* veſtibula circum circa Auſtriacæ domûs, noſtræ memoriæ, præſentiſque ætatis præclara lumina redivivos, in vivo ſtipite *Leopoldum* Cæſarem Auguſtiſſimum ſinceræ mentis homagio, debitæque dedicationis tributo veneratur Author, eorumque eximiam munificentiam, virtutique tum alendæ tum fovendæ liberalem paraſtaſin alta mente impreſſam, effigie præſentem ſibi ſiſtit.

Arcuatæ fornicis abſides 370 numeroſa Larvarum antiquarum ex marmore albo, docta arte exſculptarum congeriem obtinent, maxima Concharum ac Vaſorum fictilium copia, partim *Raphaëlis Urbinatis* ſtudio æſtimabilis, partim aliorum excellentioris picturæ alumnis opera precioſæ ſuis cornicibus conſervatæ viſuntur. Omnia *Alphonſi Donnini* Capitolini Senatus Secretarii munifica & teſtamentaria liberalitate donata, atque inter alia antiquitate & raritate precioſam hujus *Muſæi* ſupellectilem monſtrant. *Pars* I.

Succedunt hinc inde variæ Regum ac Principum Authoris Benefactorum atque Diſcipulorum effigies, aliæque picturæ uti raræ ita omni pretio æſtimabiles.

Series triginta quatuor columnarum, quibus ſingularis tum pretii, tum ſculpturæ diverſitate marmorum raræ ſtatuæ innixæ conſpiciuntur. Quatuor grandiores, duo verò minores obeliſci, è medio *Muſæi* ambulacro exſurgentes, notiſque Ægyptiacis conſpicui ſplendent.

1. Duæ ſpirales helicæ tortuoſis voluminibus ſerpentum gyros ſcitiſſimè metientes. Organum automato Tympano animatum omnis generis avium concentum ludens, & ſphæricum globulum in medio aëre continuo venti impulſu vacillantem ſuſtinens.

2. Machina Hydroſtatico-magnetica, horas, zodiacum, planetas, & totam cœli fabricam repræſentans, ſimpliciſſimoque motu horas verticaliter ſubaſcendentis & deſcendentis alternatim Solis & Lunæ ſimulacris, per aërem verò volitantis aviculæ motu diviſa horarum ſpacia ſympathico motu deſcribunt.

3. Machina Magnetico-hydraulica horas in univerſo mundo exhibens ut & horas Aſtronomicas, Italicas, Babylonicas & antiquas.

4. Fonticulus ſphæram capiti *Atlantis* incumbentem in orbem occultis motibus urgens.

5. Fons

Cap. I.

5. Fons genium aquæ insidentem, sursum deorsum attollit perpetua in gyrum volutatione mobilem.

6. Fons Deam *Isidem* Crystallinæ insidentem sphæræ sustinens & irrigua undique aspergine hospites salutans.

7. Machina Hydraulica perpetui motus simia recenter ab *Authore* inventa clepsydra, quæ ubi effluit inversa, iterum fluit obversa cœlum aquarum aspergine irrorans.

8. Machina Hydraulica primum mobile scitissimè exprimens, & æreum colubrum desuper aquæ incumbentem violento rore in spiras & volumina impellens.

9. Aquivoma Machina Hydraulica, in cujus coronide stat figura varios liquores hospitibus propinando eructans.

10. Horologium hydraulicum intra crystallinos tubos quinque palmorum altitudinis globos, aut genios susque deque urgendo aut deferendo horas interdistinctas indicans.

11. Machina Hydraulica, cui innititur scyphus crystallinus, cui ab uno latere sitibunda innititur volucris aquam ebibens, quam ex altero latere incumbens hiante ore coluber revomit.

12. Machina Hydrotectonica perennibus guttis hinc armatos equites, inde remeantium turbam versans.

13. Aquila Imperialis biceps aquas ab imis faucibus uberrimè eructans.

14. Geniorum turba tacito aquarum allapsu animata choreas agens.

15. Architæ columba tholo crystallino imminens & horas libero volatu indicans.

16. Theatrum Catoptricum, omni cupediarum, fructuum, pretiosæque supellectilis thesauro instructissimum.

17. Prospectiva Architectonica intrinsecum ordinem cubiculorum magnifici palatii repræsentans.

18. Vitis perpetua *Archimedis* inventum, facili negotio virtute tenerrimi pueruli 125 libras sublevans.

19. Globus crystallinus magnus aqua plenus Salvatoris resurrectionem in mediis aquis repræsentans.

Pars I.

Thermoscopia.

Thermoscopia, seu Thermometra varia una cum experimentis originis fontium, qui simplicium incrementa quotidiana, aëris mutationes, æstum marinum, variationemque ventorum demonstrant.

Speculum ustorium prægrande cavo-convexum, cum congerie plurima speculorum, quorum alii spectra in aëre, alii objecta immutata, alii multiplicata objecta repræsentant, alii nullibi species certas è confusa serie in pulchram formam recolligunt. Inter quæ unum *Alexand.* VII. effigiem recolligit.

Officina rebus peregrinis refertissima, & crystallorum scyphorum delectu & varietate vasorum referta.

Officina fructuum Mundi subterranei, abortivisque partibus conferta & curiosa continet.

Horologia mechanica.

Horologia mechanica complura, quorum aliud campanarum concentu symphoniam artificioso motu sonat, ad quemvis horæ sonum præludit, item quavis semihora mirifica tum notarum concordantia, tum soni suavitate hymnum *Ave Maris stella* intonat. Aliud cum penduli motu horaria tempora indicans. Aliud demum prima & secunda minuta temporanea. Partem mundi à Sole illuminatam, incrementum & decrementum diei ac noctis. Signum currens Zodiaci, horas Astronomicas & Italicas, tum antiquas seu horas inæquales singulari artificio per lineam rectam describit. Horoscopia solaria plurima.

Animalia Indica.

Ex *Indiis* & *Mexico* variorum animalium terrestrium, aëreorum, ac aquaticorum exuviæ, maximè avium mira colorum varietate ac formarum vaga figura, raræ ac prorsus admirabiles ex *Brasilia* transmissæ.

Sphæræ.

Sphæræ armillares & globi tum cœlestes, tum terrestres, suis meridianis

Cap. I. ac fulcris instructi. Astrolabia, Planisphæria, Quadrantes, refertissima supellex Mathematicorum instrumentorum.

Lucernæ. Lampades & Lucernæ antiquæ, variæ priscorum architecturæ monumenta, aquatica & marina animalia.

Impetritæ. Impetritarum rerum tum ossium, tum lignorum, variorumque insectorum coacervata congeries.

Congiorum, vasorum antiquorum, urnarum, ponderum, & mensurarum monumenta, & icones.

Oraculum Delphicum. Oraculum Delphicum seu statua loquens.

Machinæ Ludritæ divinationi aptæ. Machina Divinatoria planetarum influxum cuilibet in duarum sphærarum vitrearum circumferentia per genios intrinsecè se sympathico motu uniformiter moventes, & magna distantia pari portione se contorquentes, quilibet in sua sphæra ad ejusdem signi terminum se sistunt. *Pars* I.

Globorum solidorum motus varii, motus perpetui specimina. motus perpetui similitudinem exprimentes.

Motus perpetuus hydraulicus per rarefactionem & condensationem, Cochlea *Archimedis* continuo motu globos sursum ferens per helices canales vitreos.

Magnes Æolius, & est piscis volans, quam Hirundinem vocant marinam, flantem ventum intra cubiculi laquearia designans. Pilæ Æoliæ, Cribrum versatile, Chinensium Idola, simulacra, quæ plebis ac hominum conditiones, habitum, mores, & ingenium, variaque mundi novi monumenta indicant.

Scrinia plura, inter cætera unum, porta ad omnem se partem aperiens, intusque lapidum ac numismatum copia fartum.

CAPUT II.

Laquearis formalis est mystica Descriptio.

Cap. II. *Ovatum* 1. *Fornicis inscriptiones symbolicæ polyglossæ.* IN quinque ovata spatia, totidem fornicibus architectonica arte divisa cernitur cava laquearis protensio. Quorum primum Salamandram in mediis flammis vigentem repræsentat; nescio an potius elementi ignei symbolum, an vero *Auctoris* in scientiarum lyceo indefessum animum ad virtutum ardua studia hospitum animos eò alliciendos, signum certe Ignis esse dubitarem, idque interpretari sub sensu physico possem; si non mentem ejus vidissem, quatuor Epigraphis antiquorum & peregrinarum nationum sapientum documentis explicatam; *Chaldaica.* quarum prima in lingua Chaldaica à Beniochai in hunc sensum traducitur. *Non est Regnum, nec ulla res, nec ullus locus, aut provincia, in qua non inveniatur scriptum nomen* Dei *Tetragrammaton, usque ad ultimas fibras animæ membrorumque corporis humani.* In altero latere in lingua Arabica Aben Ragel in hunc *Arabica.* sensum erumpit. *Quicunque sciverit catenam qua mundus inferior jungitur superiori cognoscet mysteria naturæ & mirabilium patratorem aget.*

Secundum ovatum inter octo tu- *Ovatum* 2. mentes vento genios suffixam tholo medio pendulam volucrem seu hirundinem marinam adspirantes cum hisce inscriptionibus exhibet, quarum prior ex Mar Ephrem deprompta sic habet: *Sapientia Thesaurus inexhaustus, quicunque eam invenit, Beatus ille, speciem enim sub humano habitu divinam geret amicus* Dei *& hominum factus.* *Syriaca.* Alterum Ægyptiacum effatum ex Adris *Ægyptiaca.* sive Mercurio Trismegisto desumtum, cujus verba sunt. *Est cœlum superius, est cœlum inferius, omnia supra & omnia infra, hæc intellige & prosperare.* Hirundo porro

Cap. II. porro marina hujus ovati centro intra orbem seu stellam nauticam pendula mirificum sympathiæ experimentum monstrat, scilicet piscis est volatilis, qui undique lateralibus fenestris ac rimis occlusis forinsecus spirantis auræ proditor est; uti *Auctor* in libro cui titulus, *Regnum Naturæ Magneticum*, id est, *de triplici magnete in animato, vegetabili & sensitivo*, pulchrè describit.

Ovatum 3. Tertium ovatum ὑδροχοον virum exhibet aquarum flumina ex urna in subjectam humum despumantem; & elementi aquei emblema est ad scientiarum multitudinem significandam & his circumscriptis effatis clarum. Primum ex Kabala Hebræorum hujus sensus. *Non est herba inferius, quæ non habeat planetam sibi correspondentem in firmamento, qui percutiat eam, & dicat ei cresce.* *Hebraïca.* Alterum effatum est in idiomate Samaritano à Seduna prolatum, estque hoc. *Qui noverit mysterium inferioris & superioris mundi nexumque rerum in iis abditarum, is altissima montium arcana penetrabit.* *Samaritano characterе scripta.*

Ovatum 4. Quartum ovatum formosæ pulchritudinis & modestæ gracilitatis juvenem effigiat Cornucopiæ rosarum, liliorum, omnisque generis florum, & frugum abundantia prodigum terræ symbolum, & Auctoris in mirandis terræ arcanis enucleandis genium exprimens, his clarum inscriptionibus. Prima ex Platone in Cratylo: *Nihil dulcius quam omnia scire.* Secunda ex Beda de natura rerum: *Is sapientiæ & virtutis officinam verè ingressus dici potest, qui in artis & naturæ operibus* Deum *assiduè contemplatur.* *Pars* I. *Græca.* *Latina.*

Quintum & ultimum ovatum fluctuantem in medio universi molem repræsentat, cœlestibus Zodiaci signis interdistinctam, cujus latera hieroglyphica effata illustrant. Primum effatum Persicum dicit: *Quicunque radicem superioris & inferioris ordinis penetraverit, illum nihil mysteriorum in mundo latebit.* *Ovatum* 5. *Persica.* Secundum effatum est ex Mar Isack Syro transsumptum: *Disce sapientiam fili mi, illa enim sceptris Regum præstat, hominesque omnibus bonis, quæ desiderare possunt implet.* *Syriaca.* Tertium est ex Muchi Æthiope Philosopho desumptum: Gehon *fluvius est in cœlo, qui respondet* Gehon, *id est*, Nilo. *Est* Nilus *in terra, cujus Mysterium si cœperis, omne desiderium animæ tuæ implebitur.* *Æthiopica.*

Totum reliquum spatium hieroglyphicis notis, tractibus Arabicis, florum & corymborum variarumque figurarum textura & serie & decore circum ovata cætera spatia ambiunt eo ordine ut omnium oculos & animos facile in sui variegati coloris contemplationem rapiant, & quæ mysteriosa majestosaque quadam allusione suaviter in spectantium animos sese insinuent.

CAPUT III.

Larvarum marmorearum fictiliumque Vasorum Descriptio.

Cap. III. AD parietum ornamenta, & ingeniosum luxum descendo; quorum initium & arcuata semicircularis pars centum septuaginta marmoreis vultibus seu larvis antiquitate venerabilibus repleta est, atque fictilibus vasis, suis cornicibus Torno levigatis interseptis, quæ etiam hinc inde inter parietum vacuos loculos disposita pendent. Porro æstimatio larvarum, & pretium ex eo est quod ad vivum totidem variorum gestuum, humanarumque passionum affectus repræsentant. Unde quædam erecto vultu mediocris magnitudinis partiumque æqualiter commensuratarum sui ingenii excellentiam, sinceritatem, liberalitatem, ac magnitudinem ostendunt.

Cap. III. dunt. Aliæ vero contra magnitudinis excessu aut à justo deficientes, in partibus fere æquæ mensuræ, sed partibus inæquales suam stoliditatem, & indocilitatem, somnolentiam & insensatam animi indolem, nulla virtutum dote præditorum effigiem imitantur. Videbis alias rusticana negligentia, aut simili tractu rugis crispatas frontes, nonnullas affabiles & placito obtutu. Sunt aliæ fœminino luxu blandæ, aliæ severæ contuitu formidabiles, aliæ vero timidæ, vix vitæ spiritum habere, seu repræsentare videntur. Ridentes aliæ, aliæ atra tristitia lacrymabundę, indignabundam & arrogantem animi elationem notant. Aliæ quorum singulos affectus qui tentaret describere, plus æquo tempus tereret atque prolixitate odiosum & nauseabundum lectori se redderet; sufficiat itaque scire vix animi esse affectum quem non prope æmuletur quælibet dictarum larvarum & exhibeat. Pars I.

Vasa fictilia 39. raræ magnitudinis & formæ sunt, unde prægrandia fere tertium palmum in diametro explent, aliæ infra palmum non diminuuntur, variis tum Arabicis tractibus tum sacris, tum profanis historiis tum poëticis figmentis illustrata.

CAPUT IV.

De variis Picturis & Effigiebus.

Cap. IV. AD prodigiosum *Apellis* penicillum, & per picturata rerum simulacra, divorum hominumque jam mihi liceat evagari, quorum tanta hic est ubertas & copia ut toti parietes, & quà in altum, quà in longum excurrunt, iis ceu peristromatis & tapetibus conspicui appareant. Unde præter in *Capite primo* æstimatissimam Salvatoris à *Guidoreno* depictam effigiem, aliæ plures ejus Salvatoris, tum inter Sanctissimæ Matris brachia recubantis, tum aliorum sanctorum consortio JESU puerulo alludentium, congaudentes videntur: pleraque melioris notæ Pictorum prototypa usque ad numerum 123 numerabilia. Inter quæ præter simulacra, sanctorum tabulæ Geographicæ prægrandes quatuor, Matheseos ab Authore publico studio proposita theoremata, inter quæ sphæra cœlestis suis meridianis, tropicis, & Azzimutalibus tum circulis, tum lineis effigiata; alia insuper accuratissima tabella maculas & faculas Lunæ repræsentantis Authoris diligenti adumbrata observatione. Nobiles perspectivæ, & simulati rerum abscessus, montuosa præcipitia. Vallium anfractus, nemorum implicati labyrinthi, spumantis maris æstus, & naufragiis repletæ voragines. Aquivoma præcipitia, & gurgitantes lapsus. Amœnus marium & collium camporumque prospectus. Architectonicæ prospectivæ, & frontispicia. Prælia & strages, classes & naumachia, duella, triumphi, palatia, solitudines, ruinæ, monumenta veterum, venationes, aucupia, plura sacræ Scripturæ mysteria, poëtica commenta historiarum, effigies diversorum, variæque Ideæ rerum quæ docto & prudenti penicillo ad vivum repræsentant omnia.

Effigies Pontificum.

Effigies summorum Pontificum *Urbani* VIII. *Innocentii* X. *Alexandri* VII. ac *Clementis* IX. qui omnes ob doctrinæ raritatem & excellentiam *Kircherum* singulari benevolentia & affectu affecerunt.

Monarcharum.

Monarcharum ac Regum procerumque effigies, quas ipsimet pro singulari erga eundem affectus testimonio dono transmiserunt. Sunt autem Rom. Imperatorum *Ferdinandi* II. *Ferdinandi* III. *Leopoldi* primi, ac Serenissimi

Cap. IV. mi Archiducis *Auſtriæ Leopoldi*, quas omnes magnifici Proceres, & Mecœnates bonarum artium, maximè verò Authori *Muſæi* tanquam noſtro ſæculo de Philoſophia & Matheſi bene merito, tranſmiſerunt.

Acceſſit & hoc Anno Excellentiſſimi Herois *Montecuculi* Cæſarei exercitus Generaliſſimi donum; videlicet Scutum & Framea *Turcis* erepta, pretioſis utrumque lapidibus, nec non Auro & Argento obſitum, quo *Muſæum Kircherianum* exornatum voluit, ad perenne obtentæ contra eos victoriæ monumentum.

Regum. Regum, *Philippi* IV. *Hiſpaniarum*; *Ludovici* XIV. *Galliarum*; *Chriſtinæ Alexandræ*; Regis *Barantolæ*; *Navaztmachel*; Regis *Nepal*; Regum *Tartariæ*. Excellentiſſimi Principis *Guldenleeuw* filii Regis *Daniæ*, & Proregis *Norvegiæ*; *Margaritæ Auſtriacæ Caroli* V. ſororis. Principum, *Ferdinandi de Medices* Magni Ducis *Etruriæ*; *Auguſti* Principis *Luneburgenſis* & *Braunſvicenſis Muſæi Kircheriani* Benefactoris; *Ferdinandi Alberti* Ducis *Auguſti* filii; Trium Principum *Holſatiæ de Culenbach*; *Friderici* Ducis *Holſatiæ*; *Ioannis Friderici* S. R. I. Comitis *de Valenſtain*, hodiè Archiepiſcopi *Pragenſis* & Primatis *Boëmiæ*, Ordinis Crucigerorum per regnum *Bohemiæ* magni Magiſtri, & olim *Alexandri* VII. P. O. M. Camerarii de honore, ut vocant, propter eximia naturæ & gratiæ talenta Pontificibus & Cæſaribus gratiſſimi, *Muſæi Kircheriani* ſtudiorumque eximii benefactoris; D. D. duorum Principum *Durlacenſium* & Marchionum *Badenſium*; deinde R. P. *Chriſtophori Clavii* Mathematici incomparabilis; *Adami Schal* itidem Mathematici inſignis & propagatoris fidei in Regno *Sinenſium*, Mandarini; *P. Ioſephi Anchietæ*, *Thaumaturgi*, introductoris Societatis JESU in *Braſiliam*; *Edmundi* celebris *Galliarum* concionatoris; *Leonardi Leſſii* inſignis Theologi. Pars I.

CAPUT V.

Idolorum vetuſta Heroum ſimulacra ære, marmori ſaxiſque inciſa.

Cap. V. INanima ſaxa, quæ ut plurimum è cœcis terræ receſſibus curioſum noſtrum ſæculum in Solem eduxit: aut altùm ſepulta noviter eruit, magno numero in *Kircheriano Muſæo* ſplendide aſſervantur. Sunt autem aliæ ex metallo, ex porphyritide, ex lydio lapide, alabaſtro, marmore, aliiſque materiis ſculptoriæ artis ſubjectis exciſa, & ne confusè omnia permiſceantur, primò Idolorum ſimulacra recenſebo, tum perſonarum illuſtrium, demum confuſam rei antiquariæ congeriem.

Reperies hic ex marmore & alabaſtro elaborata buſta Salvatoris D. N. & B. V. Matris. Quorum tria non ſolum ſculpturâ præſtant, ſed & duo, ex parte cava & convexa Orientali alabaſtro, quæ luci expoſita ceu cryſtallum διαφάνως tranſparent.

Ad profana progredior & primò Pagodes famoſiſſimum *Sinenſium* Idolum, vulgò *Confutius* dictus, conſideratione dignum occurrit. Hic Deaſter *Sinenſium* Philoſophorum princeps eſt, & maximè à litteratis ei fana conduntur, quæ ſingulis pleniluniis, & noviluniis frequentiſſimè adeunt Bonzi, ſolitis adorationibus, ceremoniis, & ſuffitibus idolum venerantur. Numen plenum eſt litteris, & ignotis quibuſdam characteribus uſque ad umbilicum ſignatum. Vide *Oedip. Ægypt.* Secundum Idolum eſt Japonenſium *(Amida)* cui Numini tantum Latriæ tribuunt, ut exiſtiment vel invocato ſolo, repetitoque ejus nomine ſe beatos fore, ſufficereque ad ſalutem, *Idola.* *Amida Japonia.*

Cap. V. lutem, si sequentia verba sæpius iterentur, videlicet *Nami*, Amida, *Buth*, hoc est, *Fœlix* Amida *salva nos*. Hoc Numen quandoque in florido roseto collocant, & multis circa caput radiis adornant, corona precatoria (quod & deastris *Iaponicis* commune est) instructum. Tertium simulacrum *Isidis* multimammiæ hieroglyphicis notis refertum, cujus monumentum hac inscriptione insignitum est, atque ex *Diodoro* transsumptum adnectere lubet. *Ego sum* Isis Ægypti *Regina, à* Mercurio *erudita, quæ sum uxor* Isidis. *Ego sum mater* Hori *regis, quæ ego legibus statui nullus solvere poterit. Ego sum prima frugum inventrix. Ego sum in astro canis refulgens. Mihi* Bubastis *urbs condita est, gaude, gaude* Ægypte, *quæ me nutrivisti.* Quartum Idolum est Dea *Minervæ.* Quintum *Jupiter Ammonias.* Subsequuntur varia, tum antiquæ, tum nostris posteris temporibus apud diversas gentes cultu & latriæ usurpata Numina, suntque portatilia *Chinensium* duo adeo à divinitate aliena, ut potius ludicrum, & in modico ligno excisum & sculptum, à natura degeneris homunculi effigiem repræsentent, quam quid divinum. *Dianæ* heroica ex marmore statua, quæ & *Lucina* dicitur à quibusdam, eò quod *Romæ* in Exquiliis Lucum coluerit, de hac Virg. 4. *Ecloga, Casta fave* Lucina; item simulacra *Neptuni* & *Palladis, Cupidinis, Adonis, Sileni Bacchi* Socii festivè gestientis; Satyrica numina plura.

Isidis. *Minervæ.*

Heroum. Inter Heroes seu personas illustres, quorum statuæ *Musæum* condecorant, sunt primo, præclara figulina statua *Moysis*. Secundo *Antonii Caracallæ* Imperatoris sic nuncupati, quod novi vestimenti genere ad talos usque deflui se vestiverit. Tertio *Diogenes Cynicus* Philosophus. Quarto *Marcus Tullius Cicero*, Romanus Orator. Quinto *Zeno* Philosophus Stoïcus. Sexto *Socrates Athenienſis* Philosophus. Septimo *Homerus* Poëta, qui vixit centum annis ante *Romam* conditam. Octavo *Seneca* Philosophus, Præceptor *Neronis*, qui, quod *Pisonis* rebus favere putaretur, incisis venis in balneo interiit. Nono *Sibylla Tiburtina*, una ex decem de quibus *Varro*. Decimo *Agrippina* filia *M. Agrippæ* uxoris *Germanici*. Undecimo *Messalina* à *Claudio* Imperatore supplicio affecta, uti tradit *Tranquillus in Claud.* Duodecimo *Henrici* IV. *Galliarum* Regis, naturalis effigies. *Herculis* statua. Duo marmorei pueri, quorum unus locustam insectatur, alter à cancro morsus in digito pedis lachrymabili vultu opem implorat: opus Equitis *Bernini* hodie Architectorum celeberrimi datum ab *Alphonso Donnino* benefactore *Musæi Kircheriani*. Hinc inde conspiciuntur fragmentorum antiquissima *Græcorum*, *Hebræorum*, *Ægyptiorum*, aliarumque gentium Symbola una cum inscriptionibus, inter quæ marmoreum fragmentum ex famosissima Niloscopii Ægyptiaci columna, quâ ad dimetiendas *Nili* inundationes & incrementa utebantur, spectatur.

Imperatorum veterum & Philosophorum.

Pars I.

CAPUT VI.

Varia peregrinarum Linguarum ac Regnorum Monumenta.

Cap. VI. INter cætera parietum ornamenta varia conspiciuntur *Sinensium* aliarumque nationum ignotarum scripta, tabellæ, characteres, & delineationes, omnes quidem ab Authore anno superiore in *China Illustrata* publici juris factæ. Unde curiosus Lector plurima alia rei litterariæ detecta noviter circa Religionem, mores, naturales & stupendas mechanicas fabricas novi



大秦景教流行中國碑

Fetiçon vecum et genuinum
Celeberrimi festus monumenti Sinico Syriaci
quod in Regno Sinarum prope Urbem Siganfu
magnæ Christianæ Religionis fructu et emolumento
Anno 1625 detectum fuit.

Hanc Tabulam propria manu
ex autographo Descripsit
Matthæus Sina Orundius ex
Siganfu Roma Ao 1664.

大秦景教流行中國碑頌并序

大秦寺僧景淨述

粤若常然真寂先而妙有斯生二儀肇分而神運以之鼓動三才陶甄萬物暗空易而天地開明月以之而晝夜迭用四時以之而變通總統化權起元本於無元強名言於三一惣歸宗於一神是以三百六十五種順之而成五綱十紀張之而法備然而風動搖以之心交素真常之道妙而難名生滅流形之境迷而易悟是以窮天地而不測包日月而無外空洞虛豁豈智力之能窺強生分別於是乎有眞無染於是乎淨眞風鼓動於是乎有元妙炳煥於是乎有道非言無以顯德非名無以彰名言之興蓋繇三一之神經教之興蓋繇五常之德神經設而人倫著五常明而王化成王化成而萬物貞人倫著而大秦寺僧景淨述

粤若常然真寂先而妙有斯生二儀肇分而神運以之鼓動三才陶甄萬物暗空易而天地開明月以之而晝夜迭用四時以之而變通總統化權起元本於無元強名言於三一惣歸宗於一神是以三百六十五種順之而成五綱十紀張之而法備然而風動搖以之心交素真常之道妙而難名生滅流形之境迷而易悟是以窮天地而不測包日月而無外空洞虛豁豈智力之能窺強生分別於是乎有眞無染於是乎淨眞風鼓動於是乎有元妙炳煥於是乎有道非言無以顯德非名無以彰名言之興蓋繇三一之神經教之興蓋繇五常之德神經設而人倫著五常明而王化成王化成而萬物貞人倫著而大秦寺僧景淨述

僧景淨

僧伊斯

僧普論

僧玄楨

僧玄覺

僧仁惠

僧曜宗

僧昭德

僧文明

僧文貞

僧若信

僧惠通

僧和

僧崇教

僧福奇

僧宇

僧老可

僧賢

僧智玄

僧志明

僧法海

僧和吉

僧沖和一

僧慶虔

僧德建

僧口進

僧遠越

僧空寂

僧靈壽

僧還淳

僧敦真

僧耶林

僧閻順

僧苔霤

僧鉉准

僧恩明

僧英德

僧德

僧老正

僧和明

僧立本

僧法為

僧審由

僧寶蜜

僧玄覽

僧貞固

僧志堅

僧泰濟

僧利用

僧元寶

僧泰真

僧至德

僧和光

僧雷福

僧大和

僧崇德

僧內穆

僧明一

僧元一

僧乳祐

僧來威

僧信

僧文貞

僧昭德

僧曜宗

僧仁惠

僧玄真

僧明泰

僧利見

僧說德

僧元一

僧乳祐

僧來威

僧信

僧文貞

僧昭德

僧曜宗

僧仁惠

僧玄真

僧明泰

僧利見

僧說德

僧元一

僧乳祐

助檢校試大常
卿賜戴冠紫袈裟
主僧業利

主法僧寧恕知東方之常燊也

Cap. VI. novi illius orbis addiscere potest. Ego hic solum de earum origine ago. Et primo loco occurrit titulus inscriptionis *Montis Sinai* his characteribus effigiatus in rupe *montis Horeb*, quæ est pars *Montis Sinai*. Attulit hanc inscriptionem linguarum Orientalium notitiâ excellentissimus R.P. *Thomas Obecinus* è divi *Francisci* familia, quam deserta *Sinai* curiositas lustrando in una rupium *montis Sinai* sesqui-palmaribus notis incisam reperit, & bona fide exscriptam *Romano Oedipo* (eam forte in ænigmatibus tentaturo) obtulit, sed non difficile fuit ei omnium fere Orientalium linguarum gnaro, Sacræ *Sphingis*, ut quidam rebantur arcana Cabalicis Symbolis involuta mysteria enodare, quod non aliis, quam ipsiusmet modestissimi Prodromi verbis propono prout scribit in Prodromo sui Coptо.

Inscriptio Montis Sinai.

Divino itaque implorato auxilio, mox trium linguarum, Hebraicæ, Samaritanæ & Syriacæ, *ad quos dicti characteres accedere videbantur, adhibitis mihi quoque consuetis artis combinatoriæ regulis, sedulam accepi comparationem, & ecce scripturæ, cæteroquin intricatissimæ omniumque opinione inexplicabilis sensus, uti opinione citius, ita quoque labore non adeo magno & singulari* (Deo Patri *Luminum sit honor*) *clarus omnibus solutus nodis tandem emersit.* (Deus *Virginem Concipere faciet.*) אדני עלמתא יבטן- *Titulus illis nationibus postea in Oriente tantam meruit venerationem, ut, quemadmodum scribunt, eo plures portarum vestibulis inscribendum censuerint. Lectio verò Tituli est hæc*: Adonai Almatha Jebtèn. *De origine hujus scripturæ agens Author multis ante Christi adventum sæculis exaratam fuisse probat, eodemque plane loco rupi incisum, in quo olim* Moysi Deus *in ardenti rubo locutus est, & nomen suum mirabile manifestavit, quod Sacer textus ad montis* Horeb *crepidinem factum narrat. Dum inquit*, Veniens (*subintellige* Moyses) *ad montem* Dei *Horeb*, apparuitque ei dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat quod rubus arderet, & non comburetur. *Exod. cap. 2. quem textum illi loco, in quo inciſi sunt præfati characteres, optimè congruere, ait oculatus testis prænominatus* R. P. Thomas. *Sunt qui putent hanc ipsam Scripturam à* Moyse *Spiritu Prophetico inibi excisam, quid enim indemnis à flamma rubus innuit aliud, quam Virgineas materni candoris nives, quæ paritura erat* Deum *& virginitatis non passura jacturam & detrimentum. Hanc epigraphen pariter ex rupe descriptam ad* P. Kircherum *exponendam transmisit olim Clariss.* Petrus à Valle *dum montem* Sinai *lustraret.*

Pars I.

Inscriptio Monumenti Sinici. Vide Chinam Illustratam.

Secundo occurrit tabula grandis decem palmos longa, quinque vero lata, figura paralellogrammum rectangulum referens, & Sinicis characteribus tota conscripta & prototypon est cujusdam laxi marmorei ejusdem magnitudinis, sed crassitiei palmaris. Tabula hęc marmorea in Villa *Sanxuen* anno 1625. in regno *Sinarum* effossa à PP. Soc. Jesu fideliter descripta, *Romamque* transmissa. Kircheriana editione celebris facta, testimonium perhibet de antiquitate Legis Christianæ in *Sinensium* Regno continet hic lapis præcipua mysteria fidei, atque salutifero signo Sanctæ Crucis insignitus hunc titulum gestat, *Lapis in laudem & memoriam æternæ legis, lucis & veritatis portatæ de* Judæa *& in* China *promulgatæ*. Evidens itaque testimonium est anno Domini 636. in *Sinas* perveniſſe fidem Christi per Chaldaicos Sacerdotes. Erectus autem est lapis anno 782, hoc est 146 annis post legis ibidem prædicationem, ubi Ecclesiæ fundatæ sunt, Episcopi constituti; toto quo tempore octo Reges in *Sinis* vixerunt. Itaq; jam 1036 anni aguntur, quo in illa regna fides nostra introducta fuit.

Tertio loco conspicuæ sunt duæ tabulæ deargentatæ, & characteribus Sinicis D.D. *Ignatio & Francisco Xaverio* sacræ à R.P. *Michaële Boymio* è *Sinis* in Urbem Legato allatæ, ac veluti sacra

Cap. VI. anathemata inter *Musæi* Sacra monumenta asservantur.

Inscriptiones Sinicæ de astrorum Sinicorum.

Quarto loco ad peregrinarum antiquarumque rerum apparatum spectant duodecim parallellogrammæ rectangulæ tabulæ, quibus uti & aliis magno numero, ex ultimo orbe advenæ R. R. P.P. S. J. rerum peregrinarum supellectile *Musæum* locupletarunt, sunt atro colore tinctæ chartæ albicantibus literis, characteribus & lineis conscriptæ, & effigiatæ aliquæ, aliæ etiam diversis coloribus depictæ. Numina, mores, leges, cartas geographicas, quæ universum repræsentant, juxta intellectum & capacitatem peregrinarum gentium. Hinc aliæ sunt symbola Numinis *Amida*, aliæ genealogiam semideorum *Chinensium*, utpote *Bacchi*, *Martis*, aliorumque *fictitiorum* Numinum monstra exhibent. Sunt duæ tabulæ, decem incarnationes *Brumæ* pseudo-numinis Brachmanum, ἀνάγεγράμμαται ex magni *Mogoris* regno ad Authorem transmissa.

Alcorani volumen.


Quintum locum sibi vendicat *Alcoranus* Arabico charactere conscriptus in charta pergamena, aureis literis & diversis limbis interstincta fascia longa palmos viginti, larga semipalmum, donum à *Philippo Carolo Tunetano* Regis filio ob Scientiæ venerationem R. P. *Athanasio* transmissum, estque idem *Alcoranus*, quo utebatur *Seliman Turcarum* Imperator. *Pars* I.

Visuntur demum volumen Orationum Illyricarum libri, & Dictionaria Chinensia; prægrandis Tabula Idiomatum quæ 72. diversis characteribus nomen ineffabile *Dei* exprimunt. Adest etiam magna copia vasorum lacrymatoriorum, quæ in diversis cavernis & tumulis hinc inde eruta, & delineata asservantur, quorum omnium complementum, decor & majestas est Bibliothecion solius Authoris calamo & doctrina toti mundo notum, quo & præclara ejus opera spectare licet, quêis etiam quidquid in *Musæo* dignum consideratione spectatur, describitur, omnium artium scientiarumque arcanissimus promocondus.

CAPUT VII.

De Obeliscis Ægyptiorum.

C. VII. Continent Obelisci priscorum *Ægyptiorum* sapientiam hisce veluti durissimis saxis æternitati consecratam, attamen temporis tractu adeo neglectam etiam à bis mille annis in profundo ignorantiæ abditam, ut nemo ad eorum arcana hucusque penetrarit, mansissentque utique in illo immenso oblivionis Chao, si eam de profundo ignorantiæ lacu, non cum minori Orbis voto, quam nominis sui immortali famâ *Kircherus* non eruisset, literarumque arcanarum opus tot sæculis abditum tentasset, ac tandem fœliciter perfecisset; debet tibi vir eruditissime non immerito, parcat mihi modestia tua, Resp. literaria, quæ in *Herc*ule, *Atlante*, *Trismegisto*, *Protheo*, aliisque aut fabulosa Poëtarum Schola, aut sæculi nostri memoria deprædicat. Dum deperditam linguam Ægyptiacam restituisti, nunquam intellecta hieroglyphica explicuisti, superstitiosamque *Ægyptiorum* scientiam veritate superasti. Ab Etymologia nominis, ut ordiar, hęc à græco ὄθελος, quod Verum significat, scilicet à forma veru nomen duxit. *Arabibus* Messalet *Pharaum*, id est, *Pharaonis acus* dicta, à *Pharaone*, sic enim Reges prisci *Ægypti* vocabantur, nam de inventore primo ejus controvertitur, cùm maxima *Arabum* schola jam ante Diluvium *Memphi* Pyramides extructas perperam tradat. Harum Pyrami-



OBELISCVS RAMESSAEVS SIVE LATERANENSIS

eiusdemq; noua et exacta Interpretatio

Iconismus Tomo III. Fol. 165. inserendus.



OBELISCVS
Omnium quos Ægyptus protulit maximus,
Quem Rameses Rex Sothis filius Thebis erexerat annis ante Christi 1297.
Constantinus Magnus Cursor loco auulsū quem Constantinopoli destinarat,
Mōte preruptus Alexandriæ reliquit anno post Christū 315;
Mōte preruptus Alexandriæ reliquit anno post Christū 315;
Constantius uero Augustus Alexandria auectum Romæ in Circo maximo
Constituit anno post Christum 341.
Hunc demūm temporum iniuria sepultū eruit, et in Campo Lateranēsi
Erexit Sixtus V. Pont. Max. anno post Christū 1587.
Quem tandem ab immemorabili tempore mutū reddidit eloquentē
FERDINANDVS III. CAESAR AVGVSTVS
Interprete Athanasio Kirchero SOC. IESV.

Scala palmarum

Continet Obeliscus hic a basi usq; ad pyramidion palmos 130. ipsum uerò pyramidion palmos 14. qui additi faciunt palmos 144. totius obelisci altitudinem. Latera maiora boreale et meridionale inferioris basis palmos continent 13 1/4 minori orientale et occidentale 12 1/4. Latera uerò maiora superioris basis palmos 9 1/2 minora 7 1/2 ita adeo totius molis crassities et soliditas continet palmos 18129 cubicos id est 1080 29 libras pendet.

C. VII. ramidum in *Ægypto* multa & magna est copia, duæ autem præ cæteris prægrandes ad ripam *Nili* spectantur, quas ante Diluvium *Schur* filium *Schaluk* filii *Schariack* erexisse *Arabes* fingunt. *Hermetem* propter sapientiam *Trismegistum* cognomento tandem omnium authorem fuisse, *Author in Oedipo l.* 1. *de Obeliscorum Origine* demonstrat. Horum itaque Obeliscorum quidam temporum decursu ex *Ægyto Romam* maximis impensis ab Augustis Cæsaribus translati fuerunt, ut ex *Plinio* probat *Kircherus*, qui tamen majori ex parte ævo confecti, & truncati, aut etiam integri ædificiorum ruinis sepulti profunda sub terra gemunt. Hodie *Romæ* tredecim superstites sunt: scilicet *Flaminius*, *Lateranensis*, *Vaticanus*, *Sanctæ* MARIÆ *majoris*, *Rameſſæus*, *Mahutæus*, *Mediceus*, & demum *Minervæ Alexandri* VII. auspiciis erutus in foro Minervæ elephanti ὀβελισκοφόρῳ hodie incubat. In *Musæo Kircheriano* quinque horum secundum omnes sui partes proportionata mole diminuti, & penicillo adumbrati asservantur. Sextus *Clementis* IX. P. O. M. virtutum immortalibus meritis erectus fuit. Nec immeritò, nam *Kircherus* uti Restaurator, & interpres Ægyptiorum hieroglyphicorum in *Musæo* sibi præsentes esse voluit, ut post immensos labores in eis enodandis exantlatos prototyporum illi vices supplerent, demum merito etiam tam vasti & profundi ingenii æternæque famæ argumentum in eodem *Musæo* veluti Cedro perennius fixi manerent. Debebat quippe tam sublimium rerum studiis indefessus *Hercules* hæc gloriæ suæ trophæa statuere, quibus suum in reip. litterariæ bonum impensi laboris perenne testimonium relinqueret.

Obelisci Romam ex Ægypto delati.

Obeliscus Flaminius.

Horum Obeliscorum Princeps *Flaminius* à proxima porta sic nuncupatus, vulgò *Porta del popolo* dicta, pandit se ad hujus ingressum amplissima area, in cujus medio in altum superbè exurgit, & Romanæ majestatis limina veluti magnificè condecorat. Hujus Obeliscum quem primo in *Ægypto* excisum, ac *Heliopoli* erectum à *Senneferte Ægypti* Rege, avulsum inde *Cæsar Augustus Romam* translatum in Circo maximo erigi voluit, quem deinde ob temporis vitia ruinis sepultum *Sixtus* V. P. O. M. denuo in lucem erectum & in loco ubi hodie visitur spectandum rursus erexit anno M. D. LXXXIX. *Pars* I.

Obeliscus Lateranensis.

Obeliscus *Lateranensis* à proxima Lateranensi Basilica S. Joannis omnium in urbe & orbe Ecclesiarum Matre nomen accepit, cujus Obelisci author fuit *Rameſſes Sothis* filius, Rex *Ægypti*, qui postquam complures magnificentia summâ extrui feciſſet, neque tamen ullus genio suo respondisset; hunc demum & mole & mysteriis reliquis omnibus augustiorem erigi fecit, in cujus fabrica 20 millia hominum teste *Plinio* feruntur desudasse. Et quoniam res erat periculosa, ne in sublime elatus degravante tam enormi pondere prolaberetur, summo in apice proprium filium alligari jussit, ut vel sic conservandi Regii pueri causa attentiores redderet Architectos. Erectus porro fuit *Thebis* in templo Solis, cui consecratus perstitit, usque ad annum à *Christo* nato 334. tempore *Constantii* Imperatoris, *Constantini Magni* filii, qui gloriæ immortalis cupidus, cum urbem *Byzantium* à suo postmodum nomine *Constantinopolim* dictam Romanæ urbi supparem construi jussisset, ne quid illi Romanæ deesset majestatis, in tota *Ægypto* Obeliscos diligenter conquiri jussit, & votis respondit eventus. Repertus tandem *Thebis* Obeliscus, quem solum *Cambysis* ira, cum impunè cæteros per urbem absumerent incendia, quasi molis hujus reverentia attoniti indemnem voluit. Hunc itaque avulsum loco, *Alexandriam* devehi mandavit: verùm augustas cogitationes fata succiderunt, nam

C. VII. mortuo *Constantino*, diu *Alexandriæ* inglorius jacuit, quem postea *Constantius* paternæ gloriæ hæres inde *Romam* deferri, & in circo maximo statui jussit, & stetit inconcussus, donec grassante *Romæ* maximè furore Gothico collapsus est, ubi jacuit usque ad *Sixti V.* bene ominata tempora, qui acceptis indiciis funditus subrutum reperit, repertum extrahi, & in campo Lateranensi, ubi hodie visitur, erigi jussit.

Obeliscus Pamphilius. Obeliscus *Pamphilius*, quem *Heliopoli Sothis Manethonis* filius, *Rameses* erexerat; eum *Romam* traductum anno à *Christo* nato 249. ad prætoriana castra in Hippodromo *Ant. Caracalla* Imperator erexit. Is demum anno 1649. munificentia *Innocentii* X. summi Pontif. in foro Agonali supra excelsa rupe ab arte ad naturæ invidiam dispositione Equitis *Bernini* Architecti ad quatuor mundi plagas copiosis rivis seu fontibus scatentes erectus est.

Obeliscus Mediceus. Obeliscus *Mediceus* eo quod in *Pincianis* hortis *Mediceorum* Principum unus ex quadraginta quatuor *Ægypto Romam* translatis in Circo Floræ erectus erat, à Magno Duce *Hetruriæ*, denuo constitutus fuit in Hortis Salustianis.

Obeliscus Mahuteus. Obeliscus *Mahuteus* à *S. Mahut* quod nomen Orientales sancto *Bartholomæo* dant, ex Templi Isiaci fundamentis erutus erectusque fuit, in dictæ Ecclesiæ S. Bartholomæi Bergomatum foro.

Obeliscus Alexandrinus. Sextus & ultimus Obeliscus *Alexandrinus* ab authore *Alexandro* VII. Pont. Maximo *Kircheri* Benefactori dicatus fuit, cujus latera sequentibus Epigraphis ad quodlibet quatuor laterum abaci ornantur. In quorum uno sic legitur: Alexandro VII. P. M. *veteris sapientiæ Magistro, Obeliscum ad veterum* Ægyptiorum *mentem hieroglyphicis notis inscriptum erexit & dicavit* A. K. In altera facie legitur. Alexand. VII. P. M. *reconditioris eruditionis oraculo Obeliscum hunc Encomiastico symbolorum contextu inscriptum erigit & consecrat.* A. K. In tertia facie inscriptio sic se habet. Alexand. VII. P. M. Osiri *redivivo Obeliscum hunc arcanis veterum* Ægyptiorum *notis inscriptum erigit, dicat* A. K. In ultima verò facie. *Honori & immortalibus meritis* Alexand. VII. P. O. M. *Obeliscum hunc ad Ægyptiacæ Sapientiæ normam inscripsit, erexit, consecravit* A. K. Pars I.

Obeliscus Reginæ Sueciæ erectus. Obeliscum alium *Christinæ Alexandræ Suecorum* Reginæ, dum *Musæum Kircheri* viseret, ad ejus in urbem adventum erexit, & consecravit, notisque veterum hieroglyphicis inscripsit, sub hoc Titulo.

Magnæ Christinæ,
Isidi *Redivivæ*,
Obeliscum hunc
arcanis
Veterum Ægyptiorum
notis inscriptum
Erigit, dicat, consecrat
A. K. S. J.

Fulciebant hunc Obeliscum triginta tres panegyrici plausus præcipuis totius orbis linguis conscripti.

ELOGIA

In laudem incomparabilis Heroïnæ Christinæ.

Linguæ fuerunt, scilicet Hebræa, Græca, Chaldaica, Tarchumica, Latina, Ossca, Syriaca, Arabica, Coptica, Ægyptiaca, Æthiopica, Samaritana, Americana, Persica, Malabarica, Brachmana, Nubiana Africæ, Turcica, Mexicana, Italica, Germanica, Hispanica, Gallica, Anglica, Bohemica, Lusitana, Hybernica, Sarda, Belgica, Dalmatica, Canadensis, Hungarica, Hieroglyphica.

Itaque hæc est Scena Obeliscorum, quam *Kircherus* litterario Orbi exhibuit in hoc Urbis & Orbis theatro sub tri-

Latus. I. Orientale



Identale

Latus IV. Septentrionale



Latus I. Orientale

Latus II. Australe

Latus III. Occidentale

Latus IV. Septentrionale





Inseratur Tom. III. inter
folia 270. et 271.

FERDINANDO III. C.S. AVG. SEMPER AVGVSTO AVSPICANTE

Latus II. Orient.

Latus III. Occidēt.

LATVS I. AVSTRAL.

Latus IV. Septent.

OBELISCVM olim VERANVM
modo
BARBERINVM
EMINENTISSIMO PRINCIPI
FRANCISCO CARDINALI
BARBERINO
S.R.E. VICECANCELLARIO
Grati animi monimentum æternùm
erigit, dicat, consecrat
ATHANASIVS KIRCHERVS
eiusdem interpres
Romæ IX. Sept. M.DC.LIV.

Inseratur tomo III folio 317.

OBELISCVS MEDICEVS

Interprete Athanas. Kirch.

S. I.



Hunc Obeliscum, quem olim in Circo Florae erexerat Claudius Imperator, in Hortis Pincianis deinde erexit Magnus Dux Hetruriae

longit. eius 22 palm. latit. basis 3¼ palm. Rom.

Inseratur Tom. III. inter folia 256. & 257.

Latus Orient.

Latus Meridion.

Latus Boreale

Latus Occident.

OBELISCVM olim SALVSTIVM,
modo
LVDOVISIVM,
SERENISSIMO, ET AD MAXIMA NATO
PRINCIPI
LEOPOLDO IGNATIO ARCHIDVCI Austriæ
FERD. III. MAGNI CÆSARIS
FILIO,
Ad nunquam interituri Nominis gloriam
erigebat
Ath. Kircherus S. I eiusdē
Interpres
Romæ a. 1654.


Inseratur p. III. inter fol. 304 et 305.

Latus I.

Latus II.

Latus III.

Latus IV.



OBELISCVM HVNC CONSTANTINOPOLITANVM
olim à Theodosio Augusto in Bizantino Circo Erectum
EMINENTISS. PRINCIPI
ANTONIO CARD. BARBERINO S.R.E. CAMERARIO Consecrat
Athanasius Kircherus S.I. eiusdem Interpres.

Inseratur folio 317. tomo III.

OBELISCVS MAHVTÆVS

Interprete Athanas. Kirch. S.I.



Positus est hic Obeliscus Mahuteus ante Ecclesiam S. Bartholomæi Nat. Bergomat. è regione Ecclesiæ S. Ignatij Loyolæ Fundatoris Soc. IESV, et habet longitudinem 27 palm. ½ basis latitud. 3 palmos ½


OBELISCVS AEGYPTIACVS anno 1665 intra rudera veteris MINERVAE delubri detectus et expositus ab Athana Kirch
Sedente
ALEXANDRO
VII
PONTIFICE
MAXI
MO
Septent
Occasus
Meridies
Ortus
Boreas
Zephyrus
Notus
Subsolanus


1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
Scala di palmi Romani

SERENIS.^MI ET POTENTIS.^MI FERDINANDI IV AVGVSTISSIMI ROMANORVM REGIS IMMORTALI HONORI HVNC OBELISCVM PSAMMIRTAEVM,
qui et Semnesertaus, aut Psammeticus dicitur, deternum erigit, dicat, consecrat Athanasius Kircherus è Soc. Iesu eiusdè interpres.

Inseratur Tom. III inter folia 212. et 213.

Latus Meridionale

Latus Septentrion.

Latus Occidentale

Latus Orientale





Hunc Obeliscum Psammirtao Rex Aegypti
Heliopoli quondam erexit annis ante Christi 807.
Augustus Cæsar inde attulsum Romæ in circo
maximo constituit. Soli dicauit annis ante Christi 23.
Sixtus V. uerò Pont. Max. erutum, et ad portam
Flaminiam erectum S. Crucis Honori consecrauit
anno post Christum 1589.
Eum tandem Ferdinandus III Cæsar
ex notarii huiusq; reconditarii tenebris
in apertam lucem uindicauit anno 1652.
Opera Athanasij Kircheri S. I.

Mich.l Burgiere fec.

Scala palmorum Rom.

Obeliscus praesens à basi usq; ad pyramidion olim 100. palmorum longitudinem obtinebat, modo trium palmorum facta diminutione, 97 pal. longus perseuerat, quibus si pyramidion 10. palmo accedat, tota eiusdem altitudo olim 110. palmorum longitudinem, ita modò 107. eorumdem obtinet. Huius bina opposita latera maiora in inferiori basi latitudinem 10 ½ palm. in superiori, ubi pyramidion contingit 6 ½ lat. obtinet. Duo uero minora opposita latera in inferiori Basi 9 ½. In superiori iuxta pyramidion 5 ½ palmorum latitudinem continet. Ex quibus totius obelisci Symmetria, et molis quantitas exurgit.

C. VII. tribus Pontificibus. Siquidem ſedente *Sub Urbano* VIII. *Urbano* VIII. ex *Gallia* evocatus, ubi varia Sapientiſſimo viro *Nicolao Pareiſcio* hieroglyphicæ literaturæ ſpecimina monſtrarat, cujus monitu & interceſſione Pontifex certior factus, *Romam* venire juſſus, quod ipſi impoſitum erat interpretationis munus ſtupente *Roma* executus fuit.

Innocent. X. P. M. Succeſſit ei in ſede Apoſtolica *Innocent.* X. P. M. qui in foro agonali Obeliſcum erecturus *Kirchero* tanquam unico arcanæ litteraturæ conſcio, Obeliſci *Pamphilii* poſtea dicti, *Oedipi* munus impoſuit, quod & integro tomo, qui *Obeliſcus Pamphilius* dictus fuit, præſtitit.

Alex. VII. P. M. Succeſſit *Innocentio* X. *Alexander* VII. P.M. qui uti antiquitatum Ægyptiacarum ſtudioſiſſimus fuit, ita quoque hoc unicum intendit, ut & urbem æternam Obeliſci erectione coloneſtaret. Accidit eodem tempore, ut unus ex minoribus Obeliſcus ex fundamentis fabricæ erueretur in horto domeſtico P.P. Dominicanorum ſupra Minervam, de quo certior factus Pontifex, ſtatim vocato *Kirchero* impoſuit, ut ſummâ curâ delineata latera, figuris hieroglyphicis inſcripta delinearentur: accidit itaque ut ei Tibure ruſticanti tria duntaxat latera deſignata mitterentur, quarto, quod terram premebat, omiſſo, quibus rite examinatis is non viſo adhuc Obeliſco quartum ſua manu ſcientiæ ſuæ confidentia delineatum tranſmiſerit, quod uti omnibus literatis paradoxum videbatur, ita quoque inverſo Obeliſco, illud latus, quod delineari non poterat, cum *Kircheri* autographo comparantes adeo exactum repererunt, ut ne unicum quidem punctum deſideratum fuerit. Unde ſtupefacti omnes ii, qui ſibi non nihil ſcire videbantur illi contradicere nequiverunt. Soli *Kirchero* veridicam *Ægyptiorum* literaturam perviam, non variis conjecturis, ſed veræ ſcientiæ hieroglyphicæ fundamento nixam, quam & ipſe Pontifex admiratus Obeliſco in Foro Minervæ à ſe erecto, & à *Kirchero* libro, cui titulus, *Obeliſcus Alexandrinus*, ad poſteritatis memoriam, per authenticam epiſtolam eidem operi inſeri juſſit. In *Obeliſco Pamphilio* in foro agonali ab *Innocentio* X. erecto ſimile ſcientiæ ſuæ ſpecimen edidit. De quo vide *prolegomena Obeliſci Pamphilii* & III. *Tom. Oedipi Syntagm. de Obeliſco Saluſtio.* *Pars* I.

PARS SECUNDA.

CAPUT PRIMUM.

Officina Vitriaria.

Cap. I. ITalia artis vitriariæ ſingularis cultrix, ideo pauculis hujus non tam illuſtris, quam fragilis ſupellectilis vitriarium ornatum in hoc *Muſæo* viſendum producam. Eſt hoc *Muſeum* vaſorum vitreorum delectu & varietate refertiſſimum, omneſque anguli multiplici vaſorum varietate nitent; Tripudiat hic ars Vitriaria vaſis inſolitæ magnitudinis, quæ veram Cryſtallum exprimunt, diverſis coloribus, iridibus aliiſq; ſpectaculis exhibendis aptiſſima. Sunt vaſa Cylindracea adamantino ſcalpro quàm affabrè elaborata. Ludit hic ars in arte, ſeu potius naturam ars excolit. Cribra ludrica vaſa pneumatica hic inter ſe concordi ludunt diſcordia. Inter cætera tamen hæcce ſagacioris naturæ jucunda in arte vitriaria videntur ſpectacula. Ventricoſum vas in longitudine quatuor palmorum gracileſcens, à Patre *Chriſtophoro Clavio* Mathematico famâ ſuper æthera noto concinnatum, indidit is huic canali puram & naturalem

Aquam in phiala hermeticè clauſa non corrumpi experimentum.

Cap. I. aquam è *Iordane Romam* asportatam, & hermeticè clausam, cujus aqua jam à sexaginta annis prorsus immutabilem statum retinet & in hodiernum diem usque, incorruptibilem; siquidem, uti dixi, canalis hermeticè sigillatus est, ne ullus aëri locus daretur. Intendebat itaque *Clavius* probare num aqua ista perpetuo duratura esset atque incorrupta; veritatem eventus docuit, dum eadem in hodiernum usque diem prorsus illibata permanet, ab omni phlegmatis, aut fæcis contaminatione indemnis, ab omni prorsus sedimento immunis. Discas hinc, omnis putrefactionis, & corruptionis inclementiam & injuriam aëris causam esse. Secundò,

Poculum Tantali. rursus hic cernis *Tantali* poculum; Scyphus est, supernè in hemicyclum arcuatus, totoque ore patulus, intra cujus latentes anfractus purpureus vini Falerni latex, captivus hæret, adeo ut credas scyphum ad summa labra repletum, qui tamen inversus ne guttulam dimittat. Tertiò reperis hic sphæras vitreas marmore solidiores, quarum interna viscera diversi coloris tractibus vaga, aliæ intus acervulo aurearum bullularum Schema gestant; aliæ insuper liquore intus tumulato spectabiles. Quartò Cylinder Crystallinus, in quo experimento hydrotechnico in aqua eodem Cylindro contenta varia jocantis naturæ spectacula exhibentur. Est hic cy-

In phialæ experimentum de pressione aquæ & motu inde consequenti imaginis inditæ. lindricum Vas crystallinum ad unum palmum cum dimidio longum, ad duas uncias in diametro latum ab inferiori basi ad collum excurrens; ad collum verò tantùm restringitur, quantum latitudo pollicis humani, aut indicalis digiti requirit, deinde ex vitro, seu smalto variæ hominum, aut animalium figuræ, seu globuli fieri curantur intus cavæ, diversosque levitatis gradus obtinentes, quorum pedes tenui foraminulo patuli sunt. Hæ figuræ dicta arte ritè confectæ tubo aqua repleto immittuntur; tum orificio tubi pollice, aut digito immisso prematur aqua & derepente totum imaginum agmen tanquam fulmine disjectum, ad fundum, quædam celerius, quædam tardius, pro ponderis singularum proportionali differentia labuntur; unde graviores velocius, leviores tardius, hæ senilem impotentiam, illæ vero juvenilem vivacitatem & promptitudinem imitando, durante æquali pressionis intensione descendent, si vero pressio remittatur, denuo reascendunt, velocitate corporis moli correspondente, adeo ut leviores velocius, graviores verò segnius ascendant: possunt & statuæ dictæ quolibet vitri loco ad libitum firmari. Colligat hinc sapiens, quàm facili negotio historicæ expressiones, aut mysteriorum repræsentationes in simili vitrea scena repræsentari possint, cum non exigua spectantium pari voluptate ac admiratione. *Pars* II.

Hydraulicum per diebetem. Est & hic poculum stanneum hujus proprietatis, ut aquam non nisi ad summum repletum, per canalem pedi vasis insertum, sine ulla vasis inversione, totam exhauriat. Mirum visu, dum nemo canalem per quem vas depleatur, videt.

Est & phiala aqua vitriolata naturali plena, ex *Hungaria* ad Authorem transmissa, in qua ferramenta quælibet imposita, intra triduum in æs purum convertuntur de quo vide *Mundum Subterraneum Authoris*, quo tamen essentialem transmutationem ferri in æs negat.

CA-

CAPUT II.

Officina veterum, ac modernarum Lucernarum seu Lampadum.

ANtiquo *Ægyptiorum, ac Romanorum* tempore in delubris, & Fanis in Adytis, & Cryptis, in subterraneis specubus & tumulis ad multa sæcula Lampades & Lucernas vario hieroglyphicorum apparatu adornatas arsisse Scriptores narrant, cujusmodi magna arte, majori eruditione fabrefactæ, hic ab antiquitatis tenebris ad lucem erutæ, & conservatæ spectantur; de quibus *Author in quarto Tomo Oedipi in Theatro hieroglyphico syntagmate* XX. fusè agit. Porrò, materia, forma, & figura Lampades hæ variant. Quoad materiam plurimæ sunt ex metallo, multæ ex auricalco, pleræque ex terra figulina, seu terra Samia confectæ. Forma variabatur ab antiquis pro ratione Numinum, quæ his ignibus colebantur. Sic qui septem Planetas colebant, Lucernâ septem lychnorum utebantur. Duodecim signorum Zodiaci honori, eorumque Geniis totidem celebrabant consecrabantque lychnuchis instructam.

Demophilus vetustissimus author scribit *Heliopoli* in Templo Solis fuisse Lucernam tot lychnis illuminatam, quot dies annus habet. Item *Athenæus* lib. 15. *de Tarantinis* refert, eorum curiam 365. lychnis ardentibus Lampadum juxta numerum dierum anni fuisse instructam: Geniis quatuor elementorum Tetragonas, Diis Manibus Trigonas accendebant Lampades; de quibus scribit *Author in Oedipo*, & *Fortunius Licetus Patavinus, libro de veterum Lucernis.*

In *Musæo* sunt duodecim metallinæ Lampades hinc inde dispersæ, quarum aliæ animalium simulacra referunt, aliæ Satyrorum, & Idolorum variorum. Visuntur & nonnullæ ex figulina terra, inter quas una ex *Archimedis* sepulchro eruta, à *Laurentio Mirabella* Authori donata, pro singulari affectus sui in tantum rei antiquariæ peritum Virum testimonio. Sunt qui Lumen perpetuum hujusmodi Lampadibus asservatum testantur, & extant Historiæ, quæ perpetuas faces probare videntur: unde evenit ut varii inquisitione rei insolitæ animati Herculeo conatu tentârint præstare, quod ab antiquis factum credebatur, artemque temporis voracitate absumptam & negligentia deperditam, suscitare conati sunt, & ne quidquam de ejus possibilitate definiam, hi mihi sane ex eorum numero esse videntur, qui in Geometria arcaniori Tetragonismum circuli, qui motus artificialis perennitatem, qui lapidem Philosophicum Chrysopœum magnum naturæ, uti ajunt, Sacramentum sollicitius & ambitiosius, at inutili & irrito labore *Sysiphi* saxum volventes laborant; licet in rerum natura aliud principium perpetuationis non appareat, quàm innatus quidam appetitus propriæ conservationis, qui licet omnibus rebus insit, quia tamen nullum Physicum ens est, quod contrario careat, hinc Physica actione unum contrarium alterius vires superat, & consequenter immutat, unde hic appetitus nihil est aliud, quam actus formæ naturalis excessivæ vel defectivæ, cujus medium non reperiatur.

Luminaria perpetua reperta memorat *S. Augustinus lib. de Civit. Dei. c. 6.* ubi in quodam *Veneris* Fano inventam sub dio Lucernam, quam nulla tempestas, nullus imber extingueret, asserit. Hîc *Romæ* sedente *Paulo* III. in via Appia, ultra mille quingentos annos ardens in Tulliolæ *Ciceronis* filiæ monu-

Cap. II. monumentò reperta fuit, quæ & immediate extincta fuit. *Olybius* in agro Patavino *Plutoni* sacravit Lucernas, quæ ultra A. 1500 accensæ asseruntur, teste Fortunio Liceto lib. 1. cap. 9. ubi sic scribit : *Annum circiter 1500 nostræ salutis juxta Ateſtem Municipium Patavinum, dum foderetur à rusticis terra solito altiùs, reperta est Urna fictilis, & in ea altera Urnula, in qua adhuc erat Lucerna ardens inter duas ampullulas, quarum altera erat aurea, altera verò argentea, purissimo quodam liquore plenæ, cujus virtute Lucerna illa per tot annos arsisse creditur, & nisi detecta fuisset, perpetuò arsura.*

In Urna majori hi versus legebantur :

Plutoni sacrum munus ne attingite fures.
Ignotum est vobis hoc, quod in arte latet.
Namque elementa gravi clausit digesta labore
Vase sub hoc modico maximus *Olybius.*
Adsit fœcundo custos sibi copia cornu,
Ne tanti pretium depereat Laticis.

In Urna minori subsequentia legebantur Carmina :

Abite hinc pessimi fures
Vos quid vultis vestris cum oculis
Emissititiis ?
Abite hinc vestro cum *Mercurio*
Petasato, Caduceatoque. Pars II.
Donum hoc maximum Maximus
Olybius
Plutoni sacrum facit.

Modum, quo attingere tentant moderni, insinuare placet, unde etiam impossibilitas eluceſcit, itaque inquirendum, quo fomite hic æviternus ignis nutriatur. Vel enim hoc contingit ex natura ejus inconsumptibilitatis, vel ex modo, ut plerique volunt, accensionis : nihil horum fieri posse experientia propria ita ostendo. Vitreum globum hermeticè ita obscuravi, ut aëri impervius sit, ubi fomitem, luminisque alimenta varia imposui, demumque Lentis Opticæ ope, Solis radium in unum punctum ad ignis escam coëgi ; sed ex aëre vi caloris rarefacto, vasis confractionem loco experientiæ habui. Materias varias applicui ; naphtham tentavi, ex sulphure & nitro diversimodè à terrestreitate repurgato, igni alimentum æternum parare, incassum probavi. Olea metallica, & aliorum mineralium pinguem materiam inflammavi, non comperi, & postquam Asbestinum ellychnium tanquam inconsumptibile expertus fui, ex eodem Asbesto, seu Amianto, & ex alumine plumoso, & Talco oleitas extracta nonnullum effectum mihi pollicebatur, sed irrito conatu, cum istiusmodi olea ita intra Amiantum concentrata repererim, ut nullo artis & ingenii nisu in oleaceum liquorem separari potuerit. Rem itaque peritioris aleæ Philosophis consignandam censui. Nos nostra prosequamur.

CAPUT III.

De instrumentis Mathematicis.

Cap. III. VAga, locuples, & pretiosa Mathematicorum instrumentorum multitudo hic visitur, quorum maxima pars est ex aurichalco, lapide schisto, & ligno confecta. Illa ad Cœlestium corporum, & ad Sphærarum observationes, & geometricas dimensiones, geographicas divisiones, horarum designationes inserviunt; sunt autem duo globi prægrandes ob molis quantitatem è *Musæo* ablati, & ad Collegii Romani Bibliothecæ usum ab Authore donati ; alii duo globi minores, unus Cœlestis, alter Terrestris ; uterque suis Meridianis diligenter elaborati. Sphæra Armillaris ex aurichalco

Cap. III. chalco prægrandis, quæ ultra decem principales circulos Sphæræ 24 Meridianis circulis altitudinum & verticalium, quos Almucantarath & Azimuth vocant, seu Æquatori parallelis circulis ingeniosè & solerter instructa, atque rotarum perplexitate, ita concinnata, ut diurna progressione, seu circumvolutione quotidie unum Meridiani primarii gradum, in quo & omnia festa mobilia, signorumque Zodiaci progressus, seu Calendarium totius anni tempore indicatur; Solis item ac Lunæ progressus artificiosissimè exhibet, adeo ut ambo circulari motu sine impedimento, quotidiana circumvolutione non solum 24 Meridianos perlustrent, verùm etiam cursum suum annuum per Zonam Zodiaci, alter verò 29 dierum spatium ad genuinum Lunæ cœlestis Sphæræ prototypon mechanica industria, mota & redeant & abscedant.

Astrolabia, seu planisphæria ex aurichalco plura, quinque tamen præ cæteris nobiliora omnibus suis partibus ad diversas altitudines poli aptata, stellarum fixarum retibus, linea fiduciæ, axi atque armillâ suspensoriâ instructissima, quorum maximum, quod & Latinis characteribus, & notis exsculptum est, trium palmorum diametrum adæquat. Duo, quorum unum *Arabum* notis & antiquitate visendum; alterum iisdem characteribus insignitum, palmo cum dimidio in diametro constat. Cætera minoris sunt circumferentiæ. Instrumenta partium, seu circuli proportionales diversi, quorum quilibet diversis partium lineis subdivisus est. Quadrantes duo, unus ex lapide Schisto (*Lavagna* vocant) in prima minuta accuratissimè diversus, cujus radius est trium palmorum: alter quadrans ligneus ex Cypresso, qui divisione radiosa, secunda minuta distinguit; est hujus radius itidem trium palmorum. Latus alterum geometricis operationibus per sinus, & tangentes in prima scrupula exactâ divisione rarum est, ne autem quid vacuum sit, ex una parte horoscopus quadrans universalis, ex altera ad Romani poli altitudinis quadrantem horoscopum gestat. Supereſt & astrolabium ligneum ad poli Romani altitudinem constructum, & divisum à doctissimo Patre *Grimbergero* Societatis JESU, non mediocris notæ mathematico, quod tamen ob temporis tractum, tineis ferè consumptum est. Analemmata Catholica, seu universalia, Tabula horoscopa lapidea, horoscopia universalia, & particularia, planisphæria, quæ particularibus altitudinibus inserviunt, horoscopia concava, convexa diversarum inclinationum & declinationum radio tum reflexo, tum directo horas universales, concursumque horarum astronomicarum, cum Italicis, Babylonicis, & antiquis indicantia, quæ & Ortum insuper, & Occasum per totum orbem currentem horam docent. Supersunt & alia, quæ quia partim ad Classem Magneticarum Machinarum, partim ad tractatum de horologiis referuntur, ibi locum congruentius sibi vendicare videntur.

Varietas Instrumentorum Mathematicorum.

Pars II.

Ultra recensita instrumenta ad geometricas operationes hîc est illud rarum, & *Authoris* inventione dignum Pantometrum, cujus operationes, usum & excellentiam Pater *Caspar Scotus* typis datum in Compendium redegit. Cæteroqui si alia instrumenta exoptas, hîc Quadrata Geometrica, Quadrantes, Echometra, Holometra; Radius astronomicus, Pyxides graduatæ cum Dioptris; Rota Catoptrica; Craticula *Dureri*, aliaque plura instrumenta reperis, quibus distantiæ inaccessibiles sub notam mensuram cadunt aliæque operationes Geometricæ perficiuntur, quorum hîc penè infinitus delectus. Addere hîc liceat Scenographica instrumenta, ut sunt, Parallelogrammum velatum, Craticula demum ipsius *Authoris*, & inventione illustria & utilitate praxique facillima.

Instrumenta Geometrica.

CAPUT IV.

De Magnete & Machneticis Machinis & Operationibus.

MAgnes ſubtilium cos ingeniorum, prodigium Naturæ, mirabilium thaumaturgus, reconditæ virtutis inſcrutabilis Labyrinthus, *Kircheriani Muſæi* medulla, lapis eſt, qui quoad formalem apparentiam nil neque ſplendoris neque gratæ pulchritudinis prærogativâ gaudet, cum tamen tam eximia, & ſingulari virtutis dote præditus ſit, ut nulli lapidum ſpeciei ſecundus habendus ſit, nec ab ullo, quod ad humanum commercium ſpectat, tantum utilitatis recipitur, quam à Magnete, hic enim ſolus navigationes dirigit, & ad deſideratos, velificantes in erronei maris incognitis ſemitis, portus deducit. *Magnetis prærogativa.* Fateor equidem præclaras prærogativas, virtuteſque in aliis lapidum ſpeciebus deſcribi, ſed qui tam apparentes & infallibiles unquam effectus præſtiterit non reperio. Unde quemadmodum in rationali natura, nulla paſſionum affectio φιλομανία, ſeu amoris perturbatione vehementior eſt, ſic quoque inter lapides nullus huic propiores, & affiniores habet effectus, quis enim non videt quanto amoris æſtu ad ferri præſentiam rapiatur, quam ſcitè omnes ejus motus, ſive ſurſum, ſive deorſum, donec ejus deſideratum amplexum tanquam unicum bonum ſuum amatum aſſequatur, ad quod obtinendum, immediate ad ſuum centrum naturale præcipitanter fertur; nec à præſentis ferri concupiſcentia deſiſtit, donec de ejus adoptione, & veluti querula hinc inde, anxio agitatus affectu, demum ad ſui naturalis poli quietem ſe recipiat; & ſicut abſque apparenti Catenæ innodatione amoris illecebra viſibiliter rapta, humana pectora ſtringit, ita lapis hic amore ſuo concupiti ferri fibras ita inviſibili amplexu penetrat, ut non niſi viâ ſe invicem avelli & ſegregari poſſint. Hujus itaque lapidis admirandam artem *Kircherus* ſua ſagaci indagatione in *Arte Magnetica*, more ſuo ſcitè deſcribit, atque in *Muſæo* ſubſequentibus machinis curioſè tradit.

Typhis Magnetici. Occurrit itaque primo loco parvulus Typhis ſeu geniolus ad clavum cymbæ cryſtallinæ ſedens, qui in ludicro mari, arcana vi motrici circumvagatur, jucundiſſimum viſu ſpectaculum exhibet. Gratioſiſſimus pupus ad clavum in cymba cryſtallina ſedet, vela per mare, altero cryſtallino non rarè molis catino vitreo facturus, nova navigationis arte in pacato & tranquillo mari, ne minimum quidem tumultuantibus undis motus ab occultis cavernis tacitus erumpit ſpiritus, imbecillemque nautam ſeorſum, deorſumve impellit, modo dextrorſum, modo ſiniſtrorſum abripit, totoque Oceano aduſque horizontis fluidi confinia errabundum & vagum jactat; occultis cuniculis, & vorticibus agitari Typhim crederes, niſi omnem ſuſpicionem quietiſſimæ undæ auferrent, nec enim diu fluctuantis, atque aberrantis cymbæ errores durant, nam amoto extrinſeco magnete, quo ſuſcitatur in *Cymbæ Magnete animata.* puſillo mari cryſtallina navis, ad quietem ſe recipit, & ad mundi polos, ceu fidiſſimo in portu ſe obfirmat. Noſces itaque errorum cauſam eſſe latitantem ſub undis magneticam Syrenem, quæ uti eſt jocoſa, mobilis, & zelotypa, amatoriis ſua natura illecebris in cymba alium occultatum magnetem, & unà ſecum cymbam cum nauclero notis erroribus, & circulationibus, modò in directum, modò in obliquum

Cap. IV. quum (citra omne naufragii periculum) defert. Fulcrum in quo iſthæc machina viſitur, cylinder eſt, ſeu potius parallelogrammum Aſtronomicum in cylindrum convolutum, in 24. æquas partes, ſecundum longitudinem, & in tropicos, eiſque parallelas, ſecundum latitudinem diviſam, in quo ſingulari arte horæ Aſtronomicæ, Italicæ, Babylonicæ & antiquæ dignoſcuntur.

Docet te hæc machina novam praxin inveniendi lineam meridianam, ſi nempe fragmentum boni magnetis cryſtallinæ, aut vitreæ Cymbæ leviſſimæ, aut Cymbulæ ſubereæ inſerueris, ac juxta magnetis polos, indicem ſtatueris prominentem, atque hoc pacto in aqua vaſculum libere innatare permiſeris, lapidis enim fragmentum una cum indice ſe ad mundi plagas firmiter locabit, lineam, horamque meridianam oſtenſura.

Vaticinatrix ſtatua. Hac eadem machinâ efficies ut ſpectatoribus intra circumferentiam deſcripta nomina, aut diverſarum ſpecierum aut individuorum corpora propoſita, aut mente concepta Geniolus non ſine ſuſpicione Magiæ dicto citius indicet, & quod propoſitum erat, vaticinetur, uti *Author in Arte magnetica* variè docet.

Horologium mirificum. Secundo conſpiciendus proponitur mons aquis incubus, 24 horarum ſpatia deſcribit, in mediis enim undis, multis anfractibus, abſceſſibus, & cavernis horrens mons, & inſtar montis ex Oceano exurgentis inſula innatat, ita ut verticalis linea, quæ à montis apice in baſis centrum, ſeu umbilicum vaſis, quod aquam continet, obtineat; in circuli limbo ſub humana figura imagines ſceptris inſtructæ viſuntur, juxta 24 horarum ſpatia ita diſpoſitæ, ut unaquæque habitum referat Provinciæ, & nationis, cujus horam indicat; In limbo verò vaſis Sphærico, totidemque intervallis diviſo, & horarum numeris diſtincto, Magneticus circulus per ſceptra imaginum, clandeſtino motu omnium Regionum per totum orbem, currentem horam unaquæque ſuæ nationi propriam incredibili ſane artificio demonſtrat. *Pars* II.

Tertio occurrit *Architæ* columba ſapientis Philoſophi nobile commentum. Hoc idem *Kircherus* nobili artificio exhibet: binis columnis ſuffultam cupulam, quæ extrinſecus in coronæ regiæ ornatum abit, intrinſecum latus plano ſpeculo, circumferentia circulari totum obtegit. In hujus itaque coronæ ſeu ſpecularis cupulæ ſuperficie reconditur Machinula rotatilis (quæ etiam horologium eſſe poſſet, & horas in ſpeculo ritè diſpertitas exhiberet.) Sit porrò huic machinulæ optimi magnetis fragmentum in circumferentia ſpeculi poſitum. Baſis harum columnarum architectonico artificio ita conſtituta eſt, ut in baſis centro, veluti in monte poſitus *Architas* ſupra fulcrum aciculare, ut ſe commodè vertere poſſit, tenuiſſimo filo leviſſimam cartaceam columbam, acum magnete animatam, ligatam tenet tali induſtria, ut acûs acumen ex aviculæ roſtro prominente tanto diſtet ſpatio, ut roſtrum non poſſit Speculum abſolutè contingere, ſed tanto ſolummodò diſtare ſpatio à ſuperficie ſpeculi, quantum ſufficit, ut chartæ foliolum poſſit inter roſtrum & ſpeculi planitiem interponi. *Architæ Columbæ.*

Quotieſcunque itaque ex motu rotatilis Machinæ Herculeus lapis in circumferentiam circumagitur, tunc etiam unà ſecum acum roſtro columbæ cartaceæ inſertam trahit, quæ & motu occultæ machinæ in orbem, nil remorata fugientem amicum per tholi gyros, pari volatu conſectabitur avicula, nec quieſcit, niſi & ipſe arcanus motor ſubſtiterit.

Hac etiam Methodo *Dædali* ſtatuam ſuapte ambulantem ſponte;

Cap. IV. Quadrigas *Serapidis*, *Bellerophontis*, *Pegasum*, aliaque antiquorum commenta imitari simili arte poteris.

Ara Magnetica. Quarto: Ara Magnetica. Vitreum Cœlum immortali dignum famâ, *Archimedes* fabricasse fertur, in quo omnes Cœlestium corporum motiones, itinera, intervalla, proportiones tam ingeniosè aptavit (ut refert *Pappus Alexandrinus*) ut non solum *Græcia* universalis, sed & totus orbis ad tam audax naturæ & potius Artis prodigium attonitus obstupuerit, & hodie admiretur. Archimedeæ Sphæræ similem, non unam, sed tres ostentat hujus *Musæi* ara Magnetica, quæ in medio *Musæi* ambulacro *Authoris* ingeniosa dispositione superbit. *Pars* II.



Cum studio ΑΘχνάτ8 uolat ecce Columba per orbem.
Non rota, nec uentus, Sed lapis urget opus.

Sunt itaque harum vitrearum orbitarum tres, quarum media & grandior fluitantis humidi, pendulum Orbis terreni globum in centro refert, quæ ponderibus ipsa suis librata, & motu occulti ducis, magnetem circa suum centrum

Cap. IV. centrum 24 horarum Spatia ſympathicè Angelo, qui in media aqua fixus manet, indiceque occurrentia ſibi horarum intervalla diſtinguit. Secundus globus vitreus, cujus exteriorem ſuperficiem diverſis coloribus interdiſtincti circuli, ſeu lineæ, Solis ac Lunæ reliquorumque Planetarum vagabundorum circumvolutionem diurnam, & nocturnam diſcriminantes referunt. Genius in medio pendulus ad ſuæ motricis virtutis prædominans imperium, impiger circumit, ſceptroque, quod manibus geſtat, in vitreæ Sphærę circumferentia, influxum prædominantis Planetæ indicat.

Tertia Sphæra Zodiacum, & reliquam orbis ſiderei lucentem, & fixam familiam refert, in cujus medio alter itidem Genius, magnete, ut prior, fœtus, iiſdem legibus 24 Meridianorum intervallis totidem horarum ſpacia ad quodvis momentum, noſtrum Horizontem, influentia fixa ſidera oſtendit. Fulciunt harum machinarum magnetico-vitrearum latera, columnæ parallelipedæ duæ ex utroque ſcilicet latere, quarum una ad horarum Italicarum, altera ad Aſtronomicarum curſum indies deſignandum inſervit, adeò vago artificio, ut in omnibus ad celeberrimum hoc *Muſæum* advenis ſingularem admirationem excitet. Sunt porrò adeò adornatæ, ut inter ſe contrario motu horas indicent, cùm earum una Solis ſimulacrum in leviſſima chartula magnete fœtâ aſcendendo horas indicat; pari paſſu in altera columna, Luna itidem leviſſima in chartula effigiata, deſcendendo æquis intervallis idem prorſus præſtat. Moventur hæ duæ chartulæ Solis ac Lunæ ſimulacra exprimentes, motu naturali, progrediunturque, mox ſurſum, mox deorſum, nec tamen ulli rei annexæ, aut agglutinatæ hærent, nec rotis devehuntur, neque alio extrinſeco adminiculo fulciuntur, ita ut eas liberè abſtrahere liceat, & in ſuum locum reponere. Ex parte autem ſuperiori ab unius columnæ Coronide ad alteram naturalis aviculæ exuvium, & artificio intrinſecus ita animatum, ut quatiendo alas, caput & caudam ad vivum movere, atque ab una columna ad alteram volare, & in utroque termino volatus requieſcere videatur; hæc etiam tranſitu ſuo in pulchrè adornata trabe, quæ aviculæ pedes ſuffert, diviſa horarum ſpatia indicat. Circundat tam elegans florum, ac frugum corymbus hanc epigraphen. *Pars* II.

Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.

In aræ demùm lateribus utrimque duæ Sphæræ cum ſuis in medio indicibus inſtructæ cernuntur; ab horum indicum motu totius aræ partes ſympathico motu concitantur, ſingulæque adæquatis intervallis tum motu naturali deorſum, tum violento ſurſum, tum etiam in linea recta horizontali, demum verò in peripheria è centro ſecundum peripheriæ ambitum uno eodemque actu moventur. Vide Figuram in 2. edit. *Artis Magnæ Lucis & Umbræ.*

CAPUT V.

Ars Colibiſtica, Ponderum & Menſurarum, ex antiquis Romanorum *Monumentis deſumpta.*

Ars Colibiſtica.

LIquidarum materiarum menſuræ apud antiquos hæ erant in uſu. Primo Culeus, Amphora ſeu Quadrantal, Congius, Sextarius, Hemina. Continet itaque Culeus 20 amphoras; Amphora urnas duas; Urna congios quatuor; Congius ſextarios ſex; Sextarius heminas duas; Hemina quartarios duos, acetabula duo; Acetabulum ſeſqui-cyathum; Cyathus ligulas quatuor; Ligula demum drachmas tres, ſcrupulum unum.

Harum itaque Menſurarum, & inſuper Ponderum proportionem, & quantitatem ab antiquis uſitatam, & ſucceſſu temporis invariatam, antiquitatum ſagax & ſcrupuloſus indagator *Kircherus in Muſæo ſuo* exhibet in vaſis ex lapide Schiſto concinnatis, unde videntur ſex lapideæ Tabulæ, quæ Quadrantalis antiqui in cubum adaptati referunt menſuram. Hoc quadrantale Menſuræ genus Feſtus Pompeius his verbis deſcribit: *Quadrantal vocatur antiqua, quam ex* Græco *(ſed abuſivè) Amphoram dicunt, quod vas unius pedis quadrati, 48 ſextarios capit.* Volſius Metianus verò hanc Quadrantalis menſuram ſic deſcribit: *Quadrantal, quod nunc plerique Amphoram vocant, habet urnas duas.* Exhibent itaque accerſitæ lapideæ tabulæ has inſcriptiones; ex quibus clarè patet, earundem in cubum unitarum menſuræ genus.

Quadrantal.

In prima itaque facie hæc legis.

Quadrantal pondo LXXX.
Fannio
Seu puras pendas latices, ſeu dona
Lyæi.

In altera facie, hæcce.

Rhemnius Fannius
Palæmon.
Pes longo ſpatio latoque notetur in anglo
Angulus ut par ſit, quem claudit linea triplex,
Quatuor ex quadris medium cingatur inane.
Amphora ſit Cubus, quam ne violare liceret,
Sacravêre Jovi Tarpeio in monte Quirîtis.

In tertia facie inciſus eſt pes Romanus antiquus cum his verbis.

Romana Amphora
pedalis.
Sext. XLVIII.

Supereſt & aliud Menſuræ genus, quod veteres Congium dicunt, & continet ſecundum altitudinem pedem Geometricum, vas eſt ex aurichalco, Congii veteris exactiſſimam formam referens; vas antiquitatis raritate pretioſum ſub Imperatoribus, Cæſare Veſpaſiano & Auguſto F. uſitatum, ut teſtatur inſcriptio vaſi inarata.

Congius veterum.

IMPER. CÆSARE
VESP. VI. COS.
F. CÆS. AVG. F. IIII.
MENSVRÆ EXACTÆ IN
CAPITOLIO.
P. X.

Videntur etiam duo hic pondera ex metallo, in quibus argenteis literis eorum pondus expreſſum, unum quinque librarum, alterum duarum, uti ex in-

Lapides pondere V. & II. libras pendentes.

Cap. V. inſcriptione eorum colligitur, Deæ Opi ab Auguſto conſecrata fuiſſe, inſcriptio docet.

TEMPL. OPIS AVGVSTI
Lib. V. alterum
verò Lib. II.

Statuæ veterum. Spectatur & hic priſca *Romanorum* ſtatera, magnitudine palmari.

Item ſtatera in *China* uſitata, de qua alibi in hoc libro.

Urnæ Ægyptiæ. Huc referri poſſunt duæ urnæ Ægyptiacæ hieroglyphicis notis raræ, atque penicillo effigiatæ : vaſa referunt in magnitudine paria, altitudinis bipalmaris ex Agathe in *Hungaria* è ſubterraneis ruinis, & tumulis effoſſa ; quæ quidem non menſuræ genus, ſed vaſorum ſpeciem referunt, à piæ, auguſtiſſimæque memoriæ *Ferdinando* IV. Rege *Romanorum*, *Ferdinandi* III. Cæſaris filio, *Kirchero*, eo tempore, quo *Oedipo* inſudabat, ad hieroglyphicorum, quæ in eo continebantur, interpretationem faciendam transmiſſæ. *Pars* II.

CAPUT VI.

Apparatus Rerum Peregrinarum ex omnibus Orbis plagis collectus.

Cap. VI. IN tres Claſſes præſens caput diſtribuo ; in prima maris monſtriferi ſœtus ; in ſecunda, Terræ mirabilium animantium matris partus; demum peregrinarum volucrium, ac variarum Regionum raros fructus, & rara quædam Naturæ prodigia ſine diſcrimine, currente calamo perſtringam.

Hirundo marina pendula ventos ſpirantes extra Muſæum monſtrans. Occurrit itaque primo loco Magnes Æolius, mole exiguus, ſed virtute magnus. Piſciculus eſt, quo in *Muſæi* laqueari intra nauticæ pyxidis ventorum Schemata, & differentias ad Mundi plagas collocata referentia, pendulus, qui ſe continuo motu agitando, nunquam quietus manet, niſi ſupra ejus venti Rhombo, qui extra muros actu ſpirat, itaque ad flantium ventorum varietatem, in omni ventis impervio loco ſe roſtro ſuo ad Rhombum venti actu flantis, convertit. Vocatur hic piſcis Hirundo marina, ſeu Piſcis volans. Hiſpanicè *Voladore*.

Phyſa piſcis anemodiëticus ventum ſpirantem extra intus monſtrans. Magneticam hanc ad ventos converſivam virtutem alius quoque Piſcis habet, Phyſa nuncupatus, Mediterranei maris, maximè illius plagæ, ubi *Nilus* in mare devolvitur, incola ; Piſcis eſt totus Sphæricus in globum à natura decircinatus.

Cauda Syrenis. Cauda Syrenis. Piſcis ex *Hiſpanorum* relatione maris Indici, propè *Inſulas Moluccas*, mulieris formam referens. Caput habet rotundum, nec multum à reliquo corpore diſcretum, naſum modicè inter utramque malam protuberantem, palpebris oculis noſtris ſimillimis, aures aliquanto promiſſiores ; labra, dentes, & reliqua corporis membra, humanis paria, ubera rotunda, & lacteo humore turgentia, brachia aliquanto longiora humanis, manus cartilagineas, anſerum inſtar, ad natandum aptas ; quibus remorum loco utitur ; Cæterum pro ſexus varietate ad generationem requiſita omnia, quæ poſtea in piſcem deſinit, caudâ novem circiter palmorum longâ ; Piſcis cauda in *Muſæo Romano* aſſervatur, longa palmos novem, in latitudine adæquat palmum in parte groſſiori, unde in acumen paulatim diminuitur. Raræ virtutis dote prædituſ eſt hic Piſcis ad Sanguinis profluvium : dicitur ejus pulvis in hæmorrhagia inſperſus, omnibus aliis reſtrictivis longè præſtare, & quidem hac virtute magis femellæ, quàm maſculi pollent.

Balænæ. Branchia Balænæ. Balæna Piſcis eſt, facile omnium quos prodigioſo mon-

Cap. VI. monſtrorum partu prægnans Oceanus producere ſolet, maximus; alio nomine à *Plinio* Phyſeter dicta; cujus teſtimonio Balænæ quatuor jugera, Phyſeteres vero ducentos cubitos longitudine excedere dicuntur; nullas omnino branchias habent, ſed eorum loco prægrandem in fronte hiatum, per quem receptum humorem magno impetu evomunt, corium habent glabrum, & in modum exaſperatæ pellis ſpiſſum, durum, tenax, firmum ac ſolidum, pinnas habent utrimque unam, & tertiam in dorſo, in modum alæ, ſeu falcis, quibus univerſam molem corporis vibrant; caudam habent lunatam coloris Cyanei, medii ſcilicet inter nigrum & cœruleum, oſſatura ejus tanta eſt, ut ea veluti ſepe ad hortos cingendos & habitationes in *Iſlandia* utantur.

Xiphias, vulgò peſce Spada.

Roſtrum piſcis Xiphiæ, vulgò *peſce Spada*; Piſcis eſt, Delphinis magnitudine, & mole non impar, mediocres duodecim circiter palmos in longitudine æquant, dentibus carent, ſed dentium loco ſub enſis forma gladium oblongum fronti inſertum geſtant; oculos orbiculatos, & modicè in caput immiſſos, branchias quatuor, juxta quas duæ pinnæ, tertia in ventre & quarta in dorſo, aliis aliquantò amplior: corpore ſeu pelle glabra, & levi, in cuſpidem juxta aliorum piſcium normam gracileſcit; venter argenteus, & fulgidus eſt, tergum modicè nigreſcit, & ſplendet; tantæ docilitatis piſcis eſt, ut, ſi dicere fas ſit, linguam Græcam ab Italica diſtinguat. Hinc certo cantilenæ genere è ſubaqueis antris à piſcatoribus allectus ipſorum præda evadit, ut *Kircherus in Muſurgia ſua* tanquam præſens anno 1638, 17 Maji, dum fretum Mamertinum trajiceret, teſtatur. Habet itaque horum roſtrorum, ſeu gladiorum *Muſæum* duo, qui in latitudine ſemipalmum, in longitudine fere quinque adæquant.

Pars II.


Crocodilus.

Crocodili duo. Eſt Crocodilus monſtrum informe & ingens, diverſæque magnitudinis; unde in *Muſæi* tholo unus quindecim palmos longus cernitur, munificum donum Sereniſſimi Principis *Joannis Federici* Ducis *Brunſvicenſis*, & *Lunæburgenſis Athanaſio Kirchero Venetiis* tranſmiſſum; Alter verò parvulus duorum palmorum longitudinem habens; os ad aures uſque pertingit, faucium rictu horridus, dentibus acutiſſimis, non multum longis, ſed fortiſſimis, adeo ut omnes in unam maxillam coaleſcant, eburneo candore nitentes, pectinatimque adſtricti, quorum numerus facile ad ſexaginta ſeſe extendit; linguam ei natura negavit; pedes habet quatuor in obliquum detortos, & acutis unguibus formidabiles; cauda reliquo corpore non multum minor in acumen deflectit, venter ejus molliculus, ſubalbus ob mollitiem; tergum verò ſolidum, adeo durum, robuſtumque ut telorum, bombardarumque ictus excutiat. In terris agit ille dies, noctesque ſub undis; beſtia eſt maximè *Nili fluminis* incola, quæ homines amore deperire videtur, quos, cùm arripere ei contingit, tam diu deprimit, pedumque unguibus adſtringit, donec exanimet, ubi vero exanimatum videt, prius mœrore percuſſum deplorat, demum ſibi & in eſcam devorat: unde proverbium; *Lachrymæ Crocodili.* Reperiuntur etiam Crocodili in *Gangetico flumine*, qua parte *Ganges* fretum multis oſtiis ingreditur.

Caſus mirabilis.

Duos caſus mihi hic recenſere liceat, quæ circa hujus beſtiæ voracitatem noſtro ſeculo evenerunt: Alter ad *flumen Gangeticum*, ubi quidam *Luſitanus* enavigans tantiſper ad fluminis ripam, naturæ conſulturus deflexerat; hic, cum navicula retardante longiuſculè moraretur, horribilem rictu è flumine beſtiam (Crocodilus erat) ſenſim adrepere advertit, quo igitur fugeret

Cap. VI. geret neſcius, eccè ferociſſima Tigris, & ipſa ad eum devorandum avida, quid ageret miſer inter Crocodilum & Tigridem medius, quid in tam ancipiti arena caperet conſilii neſcius, certiſſimum utrimque fatum infelicem exitum ſpondebant, à flumine hiante rictu Crocodilus, à terra Tigris famelica exitium præſentiſſimum minitabantur, cum itaque nullus effugii locus, ad Cœlitum invocationem converſus, opem implorat, vota emittit, nec incaſſum: exaudivit cœlum ſuſpiria; ſiquidem Tigris concitato impetu quaſi jamjam in fruſta decerptura hominem inſilit, ille dum inclinato corpore impetum effugit, ecce (mirum dictu) Tigris recta in fauces illabitur Crocodili, qui tam fortiter illam tenuit, donec eam exanimaret. *Luſitanus* verò tanquam tertius inter duos gaudens, gemina fata feliciter evaſit. Ita *Itinerarium* R. P. F. *Joannis a Jeſu Maria Carmelitani.* *Pars* II.



Caſus funeſtiſſimus.

Recenſuit Princeps *Anhaltinus* R. P. *Athanaſio* ſuperioribus annis, ex relatione cujuſdam, qui Tragico caſui interfuiſſe eidem Principi aſſeruit, ſuccedentem caſum prorſus fatalem, & exoticum: In Archipelagi *inſulis Philippinis* ſub 7. grad. latitudinis ultra Æquatorem eſt *inſula Java*, in qua Regulus inſulæ in urbe, dicta *Batavia* reſidet; Gubernatio Inſulæ à quodam *Hollando* pendebat, cujus gubernatoris merita Regulum eò devicerant, ut ſibi filiam ejus deſponſandam ſtatueret; dumque jam condictus eſſet Hymenæo dies, lætiſſima futuræ ſolemnitatis exordia præparantur, feſtivitati adaptantur omnia; ſponſa verò animi relaxandi gratiâ comitantibus Virginibus proximum extra urbis pomeria, arundinetum, ſolitaria deflexerat; dum autem ſolito longiùs moraretur, ejus comites Virgines moram pertæſæ, ad eam inquirendam emittunt; abeunt, ſponſam quærunt, inclamant, inveſtigant, ſed nuſpiam apparet; in quærendo totus perditur dies, nec ubi locorum, aut quid de ea actum, aut quis eam abſtulerit error, nemo erat, qui indicaret, aut referret. Subintrant arundinetum, cum igitur jam communis ſuſpicio increviſſet, ſponſam factam eſſe alicujus beſtiæ prædam, cum quoque recentiſſima Crocodili veſtigia appararent, aucta ſuſpicio, & vix tantillum intra arundineta feræ veſtigia proſecuti, ecce patente faucium hiatu beſtia in obvios incurrit; ſummum vitæ diſcrimen adierant, niſi præcipitato inſequentem curſu antevertiſſent. Ad Regulum ac Gubernatorem itaque reverſi, rem ordine, & quod inierant diſcrimen, metu penè exanimes exponunt. Cogitur proinde conſilium, petuntur vota, quid in negotio faciendum, omneſque in unum conſulunt, tam exitiale malum, aut vi, aut dolo circumveniendum eſſe. Aptatur itaque extemporalis fabrica, fallaci pavimento inſtructa fovea, quam ubi beſtia quædam ſubolens prædam introgreſſa fuerit, unà cum pavimento

Cap. VI. in præceps ruat, proceſſitque ex voto artificium. Nam *Crocodilus* grunnientem porcellum in caveam effoſſam veluti intra muſcipulam quandam intromiſſum audiens, feſtino gradu prædâ potiturus adproperat, dum noctem illuſoriæ machinæ incautius deprimit, ecce bellua præceps in foveam unà cum pavimento corruit, quam inſidiatores ſtatim lanceis & haſtis invadunt, vulnerant, conficiunt, finditur venter, evolvuntur viſcera, & ecce Tragicam Cataſtrophen, argenteas Sponſæ armillas, & cranei fruſtum una cum capillis, quæ nondum calor bene digeſſerat, attoniti & ſtupentes reperiunt. Hinc infelix Sponſa thorum, hos thalamos, hunc tumulum, dum amore incauta deperiit, reperit. Dicuntur & coma una cum armillis in *Bataviam* tranſlata, ibidem ad perpetuam rei memoriam conſervari.

Aſtrites. *Aſtrites*, ſive *Stella marina*, piſcium ſpecies eſt. *Stellæ* à figura, quam referunt, ſic dictæ, quinos radios habent longitudine palmum facile adæquante; cortex earum durus, hiſpidus, aſper, & ſerpentino colore variatus, flexuoſus tamen, & radiis ex centro æquis ſpatiis in circumferentiam paulatim gracileſcentibus, cuti non glabra, ſed quaſi ex meris oſſiculis, ſeu ſpinulis compaginata. Celerrimè natant, inſtarque Polypi brachia nunc deducunt, nunc contrahunt, progreſſivo, ac retrogrado motu ad quemvis ſitum deflectunt; os in medio inſtar Echini habent, ita conſtitutum, ut alimentum ſingulis quinis radiis ſubminiſtrare poſſint; dorſum ſupernè in ſphæram protuberat, & ipſum hiſpidum, durum, & aſperum, magis tamen ventre glaber, maculis alternatim cinericio colore albicantibus & nigredine obfuſcatis, intermixtis: degunt plerumque inter ſaxorum fiſſuras, & hiatus, tanquam propriis pabuli ſui domiciliis; veſcuntur quippe maximè humore ſalſuginoſo rupium, Oſtreiſque marinis, iiſque, quæ mollia vocantur, paſſim inſidias ſtruunt, & ubi eas apprehenderint, totas exſugunt, & delumbant; harum *Stellarum marinarum* plures *Muſæum* aſſervat, quæ inſectis marinis annumerata advenis monſtrari ſolent. *Pars* II.

Teſtudo marina magnæ molis. *Teſtudo marina*. Eſt *Teſtudo* animal tardigradum, viſu horridum, neſcio, quem id primò aſpicientibus terrorem incutiat, cum tamen cæteroqui animal ſit innoxium, quin inter menſarum delicias connumeratum, putamine robuſtiſſimo contectum, ita ut plauſtrum etiam validum citra omnem rupturam ſuſtinere poſſit: quatuor pedes ei natura conceſſit, duos ex parte anteriori, duos à tergo, cute ſquamosâ contectos, atque unguibus acuminatis inſtructos, verſus terram ita arcuatos, ut alterutris, dum ſe tanquam uncinis ſolo adſtringit, verſus terram fixis protrahat. Harum *Teſtudinum* exuvias, ſeu teſtas, magnitudine bipalmares in *Kircheriano Muſæo* conſpicuas reperies; quatuor tantæ capacitatis, ut clypei vices quælibet ipſarum ſubire poſſit. *Teſtudines marinas* littus *Braſiliæ* adeò grandes producit, ut ſint, qui referant, ſolam unam octoginta hominibus lautam cœnam ſuppeditare potuiſſe. In *Mari Indico* tam magnæ reperiuntur, ut indigenæ quibuſdam aliis tanquam cymbis utantur, aliis verò adverſus cœli injurias tuta tecta & domicilia erigant.

Raja. *Raja*, ſeu *Argilla*, piſcis eſt ex mera cartilagine excepta ſpina dorſi, abſque oſſibus, & ſquamis à natura compactus, formâ à reliqua piſcium ſpecie impar, cum omnibus ſuis partibus, ſolâ modicâ caudulâ, quæ longa, tum tenuis & rotunda eſt, exceptâ, in planum corpus abeat; undique tenui pellicula, quæ ſubtus albicat, ſuperius verò aliquantulum nigreſcit, circumveſtitus, pedibus caret, nec pinnis ſcatet, cum non niſi in extremitate caudæ

Cap. VI. dæ pinnulas habeat, quibus se in quasque partes natando deflectit; à caudæ extremitate usque ad corporis initium in medio dorsi, acutissimorum aculeorum seriem habet, quæ etiam per totum dorsum ad caput usque excurrit, sed ita diminuti, ac in medio dorsi sunt, ut potius moduli, quam aculei dici possint. Caput, habet, ut reliquum corporis planum, nullo collo à reliquo corpore disjunctum; verum pro sui solum quantitate eminet; oculos duos parvulos & rotundos in superiori capitis parte habet, os vero latum à denticulorum minimorum infinita serie, quæ circa cartilagineam pellem in unum quasi officulum multis denticulatorum acuminibus refertum concrescit. Corporis molem disparem habent; sunt enim, qui humanâ palmâ contegi possint, alii verò ad duos, & ultra palmos in latitudine, longitudine vero ad tres, & ultra extenduntur; itemque hujus magnitudinis in quacunque dabili quantitate, aut differentia reperiuntur; Habet *Musæum Romanum* duos, sed arte efformatos, & aptatos ut superiori *Rajæ* descriptione nullo prorsus modo congruant, & à vulgo potius *Basiliscorum* exuvia, quam Piscis hujusmodi credatur, aut Draconis cujuspiam abortivus fœtus; horrendum quippe visu & informe animal apparet; Caput habens in altum exporrectum, hiante & patulo ore horridum, duabusque oculorum cavernis formidabile, inque fastigium turbinatum excrescens, duobus acuminatis unguibus, seu cornibus minax; collum oblongo à corpore segregatum, & in altum elatum; corpore tenui, sed amplis cartilagineis alis utrimque conspicuum; pedes spurios cartilagineæ pinnulæ conglutinatos habent; caudam demum longam, & aculeatam protendit in varias spiras contortam, hæ sunt deformatæ *Rajæ*, & putatitii *Basilisci*, & uti *Author* sentit, non tam à natura quam ab arte confecti.

Basiliscus factitius.

Armadillus Ericius loricatus, animal amphibium, dura undequaque te- *Pars* II.

Armadillus sive Ericius cataphractus Americæ.



sta armatum, quæ veluti undis, aut squamulis contecta videtur, figuræ oblongæ, circa humeros, & dorso paulo ampliori circa limbum corporis, quatuor pedibus natura incessum fulcit, ungues habens acuminatos, ceu Crocodilus, cui etiam in capitis expressa effigie similis est, propius tamen Porco. Caudam habet rotundam, & in acumen decrescentem, squamosam, & testaceâ armaturâ vestitam.

Armadillus Mexicanus.

Armadillus Mexicanus priori quoad formam non absimilis, quoad omnes corporis partes solo colore differt, quod scilicet *Ericius* atro magis nigrescat exuvio, quàm *Mexicanus* faciat, qui totus cataphractus apparet mira squamarum varietate spectabilis.

Torpedo marina.

Torpedo marina. Fuit superioribus annis *Kircherianum Musæum* peregrinis rebus compluribus ditatum ab *Alexandro Fabiano*, Mexicani regni incola; inter cætera quoque *Ericium marinum* misit, quem asseruit, vim stupefactivam obtinere, quod tamen, hîc compertum non fuit; cumque hujus exuviæ speciem plurium audito judicio indagaret, *Author* tandem non *Torpedinis*, sed *Ericii marini* exuvias reperit, quæ exuviæ tamen à nostratibus in corporis mole differunt, vimque ejus stupefactivam refusam putat qualitatem narcoticam, communicatam sibi à *Torpedine* pisce, in cujus visceribus, *Torpedinis* voracitate sepultus jacuit *Ericius*.

Conchylia marina.

Conchylia marina ostentat vagum hoc *Musæum* quam plurima, pulcher-

Cap. VI. rima luxuriantis Naturæ Cimelia, Conchas, Oſtrea, Murices, omniſque Conchyliorum generis ſpecies, in tanta quantitate, tamque variatâ copiâ, ut totas maris divitias in compendium redegiſſe videatur, quæ ſcrupuloſius deſcribere ſi intenderem, prolixus nimium forem. Quare ne in aculeatos anfractus, & ſcopulos impingam ſilenter me ſubduco, è nobilioribus ſolum nonnulla attingenda cenſui.

Purpuræ. Sunt itaque primo loco aliquot Purpuræ, hoc nomen ſortitæ quod Principum aulis ſint gratiſſimæ, & frequentes; aliæ ſunt turbinatæ, & in mucronem gracileſcentes; aliæ tuberculis, & multa colorum aſpergine variæ: quædam ex candido rubeſcentes, ſuperficie levi, & terſa, marmori Pario haud abſimiles; nonnullæ aſperæ, rugoſæ, & in varios anfractus diſcretæ; multæ in ſpiras detortæ, aliquæ in helices convolutæ, tandemque in cuſpides abſcedentes.

Murices. Secundò Murices complures Purpuris non abſimiles, excellentiſſimorum Conchyliorum ſpecies ſunt, ex quorum humore, ſeu ſanguine præſtantiſſimus tingendi color elicitur. Sunt hæ plerumque turbinatæ, & longos aculeos habent forinſecus; in parte vero interiori ex albo purpuraſcunt; eſt eorum teſta gravis, ſolida, dura, multiſque cuſpidibus horrens. Sunt quædam leves etiam in modum marmoris ſtriatæ & maculoſæ, labio patulo, & in modum canalis aperti ductæ.

Turbines. Tertiò ſunt Turbines ὠτόμορφοι, quorum teſtæ in multa volumina plurimis undique tuberculis exſtantibus diducuntur.

Quartò Turbines anonymi, Conchylia ſunt tuberoſa, & anfractuoſa, ſtriata partim, partim rugata, maculoſa variâ tinctură.

Trochi Nilotici. Quintò, hic reperiuntur Trochi Nilotici albi in mucronem deſinentes.

Pars II.

Cochleæ pentadactylæ. Sextò, Cochleæ pentadactylæ, cum quinque aut pluribus acutis appendicibus, quædam turbinatas teſtas habent, quædam cælatura ſunt inæquales, ſcabræ, rugoſæ, non paucæ claviculatim intortæ umbilicata cylindroïdes.

Pinnæ & Buccinæ. Septimò, reperies hic plurimas Pinnas, ſeu Buccinas, aut Papiliones marinos. Oſtraceum genus eſt, quod tenui, ſed duro exuvio extrinſecùs aſpero, intrinſecùs terſum, & aliquantum rufeſcens ſub marinis rupibus adhæret, ac lanugine quadam dotatur, quæ maxima vi attractiva humiditatis pollet. Denique viſitur hîc maxima copia Concharum margaritiferarum, quarum aliquas extrinſecus ſcabroſa ſquama circumveſtit, aliæ verò ab his ſeparatæ, tum intrinſecus tum extrinſecus argenteo Perlarum ſplendent. Cernitur hîc etiam Ala Hirundinis marinæ grandis admodum, & acervus rerum impetritarum, quarum formam petrificus ſuccus in ſaxa congelavit, ut ſunt oſſa, tum humana, tum aliorum animalium, atque hujusmodi complurima. Superbiunt hîc Corallini rami, & eſt pars rupis ex fundo maris avulſa, & coralliferis plantis, nec non monſtruoſis arboribus conferta.

Animalium terreſtrium exuvię nonnullæ hîc reperiuntur, inter quæ primo loco ponenda videtur *Iguana Mexicana*. Animal eſt, quod equidem inter fluidi elementi partus, non autem inter terreſtris glebæ fœtus referri poſſet, cum more Piſcium natet, ſubque aquis degat. Moreque quadrupedum, veprium, herbarumque inter arboreta vagabunda luxuriatur; arbores ſcandit, ac formâ Crocodilo ſimillima eſt, ſolo cutis colore, qui in atrum inclinat, & duritie, utpote quæ ſine ſquamis terſa eſt, differt, modo ſcilicet ſerpentum maculoſa, & terſa; ſecundum dorſi longitudinem

Iguana Americæ. Lacerta amphibia.

ſpinas

Cap. VI. ſpinas habet pectinatim ad caudam uſque deſcendentes, in modum ſerræ dentatas, & aculeatas; oris rictus magnus eſt, dentes modici, & minuti; ungues avium unguibus ſimiles, ſed debiles & innoxii. Ovipara eſt, quorum magnam copiam parit, gratiſſima guſtui; decem, aut viginti dierum ſpatium ſine cibo, ac potu vivit. Caro dulciſſima, maximarumque deliciarum in *America* illecebrarum menſalium complementum eſt; licet animal ſit cæteroqui viſui horridum, guſtui tamen eſt gratum, & delicioſum. Tametſi enim *Hiſpanis*, primis *Amexicanarum* partium & plagarum inventoribus iſtis primis temporibus uti horridum ita abjectum & inutile habitum fuerit, guſtatu verò pretioſum & opiparum, nec aliis, quàm magnatum ac procerum epulis dignum à *Barbaris* inſtructi compererunt.

Alce. Cornua & ungulæ *Alcis*. *Alces*, Germ. *Elendt*, vulgò *Gran beſtia* dicta,




animal eſt ſpeciei cujuſdam mediæ inter Equum & Cervum, quod *Olaus Magnus Onagrum* vocat, nares habet & aures prominulas, cornua ferè Taurina, Cervo paulò altior, & curſu velocior, Deſertorum *Ruſſiæ* fera eſt. Juvenis captus adeo manſueſcit, & humanum conſortium adamat, ut non ſolum canum more dominum ſuum olfaciat, & ſequatur, verùm cibum, potumque humanum ambiat; non ſpernendarum virtutum animal eſt, ungueſque ejus adeo medendi vi, & robore pollent, ut ab univerſo populo expoſcantur; ejus unguibus Lupus vel tactus exanimari fertur. Sunt ungues *Alcis* contra Epilepſiam præſtantiſſimum remedium, ſi ſcilicet hujus pars in annulari ſiniſtræ manus digito aſſervetur, aut deferatur, aut ex eo annulus conficiatur, qui in eodem manus digito deferatur: Nec ullus mirabitur, cur majoris efficaciæ, ſi annulari in digito deferatur, potiùs ſit, quam in alio digitorum, niſi qui hanc cum corde maximam affinitatem, & correſpondentiam, ex communi Medicorum ſententia, & conſenſu, habere, ignoraverit; nec mireris, in demortua beſtia hanc medendi manere qualitatem, & cur idem non contingat in omnibus aliis animalibus. Differentia quippe eſt, quod quædam qualitates materialiter; vel toti compoſito, aut partibus inhærent; aliæ à principio vivente ſuam traducant efficaciam; hinc in variorum animalium partibus, exuviis, excrementis variæ qualitates materiales remanent; aliæ verò, quæ à principio vitæ emanant, etiam cum ea intereunt; videntur hîc cornua & ungues duo. *Pars* II.

Mures Moſcovitici odoriferi.

Sorices, ſeu *Mures Moſcovitici*; animalcula ſunt, & eò quod in *Moſcovia* reperiantur plurima, & vix alibi, à provincia nomen duxerunt, abietum, terræ, arborum, & radicum latebras incolens, à Murium noſtratum forma non abſimile animal, ſed tanta odoris fragrantiâ excellens, ut ex muſco compacta, & muſco fœta videatur; hinc omnes Magnatum aulæ eorum exuvias appetunt, & maximo pretio coëmunt, ut indumentis ſubducta, & adverſus frigoris aculeos clypei, & loricæ vices ſubeat, & graves & tetrè olentes auras odoris ſui fragrantia expugnet. Horum *Murium* exuviæ duæ in hoc *Muſæo* proſtant, *Authori* ex *Polonia* dono transmiſſæ.

Cap. VI. Rhinocerotis Cornua.

Rhinocerotis Cornua. Inter peregrina & exotica animantia, quæ mirabilium fœcunda parens natura producere ſolet, eſt hoc deforme monſtri genus. Animal eſt grande, duriſſimo & ſolidiſſimo corio, ceu thorace ferreo à natura loricatum. Corporis mole Elephanto non impar, à qua tamen non nihil deficit, eo quod breviores habeat pedes. Caput habet ad modum ſuum in roſtro acutius, & uſque ad frontem productius, groſſiſſimi ac robuſtiſſimi colli; os repandum, inter nares ei excreſcit cornu rotundum, & robuſtiſſimum, parumper verſus frontem incurvatum, ferrugineum nigrorem habens; caudam more Boum ejuſque formæ geſtat. Nonnulli porro *Rhinocerotes* duobus cornibus inſtructi ſunt. Majori inter nares, minori verò ſupra nares; feritate, dolo, & fortitudine corporis molem æquat, adeo ut nulli belluarum cedat. Tempore *Domitiani* ſæpius in arenam producti fuerunt, ſemperque viſi luctandi dexteritate cæteris prævalere; adeò ut Elephantes ſternere, Leopardos exanimare, Leones interimere, Tauros conficere, Urſos extenuare, aliaque ferocioris naturæ animalia enecare, & vincere compertum ſit. Unde Martialis lib. Spectac. Epigr. 22. canit.



Sollicitant pavidi dum Rhinocerota *Magiſtri,*
Seque diù magnæ colligit ira feræ,
Deſperabantur promiſſi prælia Martis
Sed tamen is rediit, qui fuit ante furor.
Namque gravem gemino cornu ſic extulit Urſum,
Jactat ut impoſitas Taurus *in aſtra pilas.*

Habet *Muſæum* tria *Rhinocerotum Cornua*, duo minora bipalmaria in longitudine, & ſeptem unciarum in calcis radice, diametro, unde in conum excreſcentia, leviter incurvata in acumen gracileſcunt. Tertium verò cornu cæteris ſubtilius eſt, cum in calce ſemipalmarem ſolum expleat diametrum, indeque ultra tres palmos in acumen decreſcit prioribus acutius.




Hippopotamus.

Hippopotamus, ſeu *Equus marinus.* Animal eſt quadrupes, & amphibium, quod licet inter aquas degat, tamen inter terreſtria quoque referre libuit amphibia. Refert de illo *Odoardus Barboſa*, quod ſæpius viſus ſit à *Luſitanis* Nautis in *Inſula Cefula*, ad paſcua exire, & in pratis in morem pecudis recenti gramine veſci: deprehenſum ſæpius & circumventum in prædam veniſſe,

Pars II.

Cap. VI. veniſſe, quod ſi tamen eorum caſſes aliquando fefelliſſet, concitatiſſimo curſu ad cymbas adproperaſſe, quas ſic dentibus contrivit, donec inutiles Nautis reddiderit, & in fragmenta inutilia diſruperit. Beſtia eſt, quæ in altitudine ad quinque cubitos excreſcit: pedes, aures, cauda, & vox cum Equis omnino conveniunt, ſolùm quod ungulæ pedum, in modum Taurorum bifidæ ſint: nares habet patulos, labia repanda, rictum magnum & vaſtum, in quo utrinque tres magnos, ſed obtuſos, & prominentes dentes habet. Carnes humanas amare, Ariſtoteles teſtatur, qui de Mirabilibus *Indiæ* ſcribens, verba *Alexandri* ad ſe ſcribentis refert. *Ducentos milites de* Macedonibus *levibus armis miſiſſe, per amnem nataturos, itaque quartam fluminis partem nataverunt; cum horrenda viſu res nobis conſpecta eſt,* Hippopotami *inter profundos aquarum ruerunt gurgites, raptoſque milites nobis flentibus abſumpſerunt.* Hæc ſunt ad verbum, quæ *Alexander Ariſtoteli* ſcripſit. Hæc beſtia ad flumen *Nili* reperiri ſolet. Aſſervat *Muſæum* hujus belluæ fragmentum ex dentibus diſſectum tantæ duritiei, ut cuivis ſilici æquiparari poſſit; non minus enim percuſſus, aut affrictus chalybe, quam quivis alius ſilex favillas dat. Sunt qui veneno obſtare, & hæmorrhoïdes ſanare aſſerant. Habet & *Muſæum* caudam hujus *Equi marini*. *Pars* II.

Simiæ ſceletum quod Anatomico ſtudio, & opera ſecundum ſuum ſitum naturalem compactum, & colligata oſſa oſſibus; ubi non ſolùm oſſium compages, verùm etiam nervorum corda, & articulorum omnes compactiones, & ordines accuratiſſime videntur humano ſceleto ſimillima. Anatomia Simiæ.



Vulpes Americæ. *Vulpes marina* à noſtratibus *Europæis* differt ſolo colore, & cauda; color quippe medius inter cinericium & atrum, cum ex his permixtus ſit, cauda verò à noſtratibus differt, eo quod non ſolum colore reliquo corpori par ſit, ſed etiam pili hiſpidiores & breviores ſint. Harum *Vulpium* exuviæ reperiuntur hic tres, quæ colore omnes conveniunt, ſed quantitate molis ſecundùm diverſitatem ætatis diſcrepant.

Lynx Mexicana. *Lynx Mexicana*, animal eſt Vulpi non abſimile, ſola quantitate corporis minor, ingenii verò agilitate, aſtutia, & procacitate major; ei enim agilitas corporis tanta eſt in motibus, ut viſus humani videatur deludere velocitatem. Viſitur hic unum exuvium noſtris Felibus paulo minus, cæteroqui tota corporis proportione par, colore autem diſpari, videlicet atro-cineritium.

Aliud hîc occurrit rarum ſane *Animal quadrupes*, ungulis acutiſſimis inſtructum, ita ut duritiei earum ope non ſolum montes, & ſcopuloſos tractus, verum etiam arbores ſcandat. Color ejus candidus, & nigerrimis maculis permixtus, capillos habet hiſpidos in modum Caprarum, caudam brevem, eâ à natura aſtutiâ dotatum, ut cum aliud à perſequentibus Venatoribus effugium ſaluſque non ſuperſit, tam tetrum & abominabilem expultrice vi fœtorem emittat, ut Venatores Animal exoticum *mephiti exanimans.*

Cap. VI. res ei insidiantes, quasi exanimes memphitis vehementia à persecutione desistere cogantur. Harum exuviarum unam ostentat *Musæum*.

Volucres peregrinæ ex Brasilia. Peregrinarum volucrium exuviæ hîc aliquot inter raritatum varietatem conservantur. Occurrit itaque primo loco *Pica Brasiliæ*, quam alii à magnitudine *Ramphastum* putant, alii verò *Variani* testimonio (qui in *Æthiopia* abundantes repiriri scribit) *Abbatem superbum*, alii avem *Rhinocerotem* ajunt. Quidquid de nomine sit, si cætera corporis membra rostro conveniunt, vix arbitror majorem inter volatilia volucrem reperiri. Rostrum quippe hoc in longitudine duos palmos excedit, & quà corpori unitur, seu capiti, in crassitie quatuor uncias superat, in latitudine vero uncias septem, unde rostrum hoc volucrium more in acumen curviusculum excrescit, pluribusque denticulis acutissimis in serræ morem hinc & inde prominulis conspicuum: color quidem hodie glaucescit, nescio an temporis tractu, aut naturali colore hoc ita tinctum sit; si Reverendis Patribus, qui ex *India* ad Urbem accedere, ac redire solent, credimus, pretiosissima antitodariâ virtute adversus omnia venena præstat; *Indis*que Monarchis & Principibus solùm concessa, à quibus maximi thesauri loco custoditur, & conservatur, interque donativa & munera, quibus *Indorum* Reguli sibi invicem officiosè occurrere, & correspondere solent, (quibus hoc demortuæ avis rostrum præcipuè in pretio est) reponitur. Nec mirum quod isthæc avis, uti rara, tam pretiosâ dote à natura condecorata, & dotata sit; nam multiplex experientia & Authorum variorum, ac gravium virorum opinio nos docet, inter aviculas nostras *Europæas* rostra & ossa varia medendi virtute pollere, unde rostrum & ossa Ciconiæ in Apoplexia & Paralysi laudantur. Alaudæ, Passeréſque,

Ramphastus, animal volucre ingentis rostri.

Troglodytici in Colica, alii commendant pro Icteritia volucrem, Icterum seu Galgalum: Vulturum, Cygnorum, Onocrotalorum & Aquilarum pelles applicatæ stomacho, oppidò ad concoctionem, & digestionem ventriculi faciunt. Picæ modicè sumptæ molestas cordis palpitationes sedant; nec hac solum medendi virtute pollent aviculæ, sed nos docent, pro variis morbis varia simplicia eligere; unde ab Aquila habemus lapidem Aëtitem; ab Hirundinibus Chelidoniam visui prodesse docemur; à Milvo nobis Rhamno mederi, à Turdo Myrti ramo; ab Ardea Cancro; à Merula Lauro; à Gruibus palustri junco; quin imo anni tempora, & intervalla distinguunt aves, & tempestatum immutationes nobis vaticinantur, ut à deliro veterum auspicio abstraham, unde canit Mantuanus Poëta. *Pars* II.

Astra etiam pluviasque docent, & certa dierum
Tempora, & annorum. Sic ver cognoscit Hirundo,
Alcyones hyemem, ventos & flumina cudunt,
Et tempestates campis sitientibus imbres.

Et Virgilius in Georg. libro 1.

Certatim largos humeris infundere rores
Nunc caput objectare fretis, & currere in undas.

Et mox ibid.

Tum Cornix plena pluviam vocat improba voce,
Et sola in sicca secum spatiatur arena.

Et iterum.

Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti
Haud modico tremulos fundens è gutture cantus,
Nuntiat horribiles clamans instare procellas.

Sic

Cap. VI. Sic compertum etiam est, cum matutinis horis acredularum & fulicarum acervi, insolito vocis clangore auras quatiunt, stagnisque & amnibus imminent; mox videbis cœlum atris nubibus contegi, aërem verò pluvia & imbribus obscuratum in pluvias resolvi; pluraque alia vulgò notissima vaticinia, & documenta avibus debemus. Verùm ut unde digressus eram, redeam, reliquarum volucrium exuvias indagemus, & obveniet primò

Manucodiata Avis Paradisi.

Avis Paradisi, quam *Manucodiatam* dicunt, quæ pedes ita modicos habet, ut carere iis videatur; duo longissima fila atri coloris è corpore excurrunt, quas in arborum ramos implicant, seque sic iis ad quiescendum suspendunt. Quo cibi genere vescantur, ignotum est; quin imò ex aere victitare, sunt qui perhibeant. Plerumque in continuo motu per auras defertur avis.

Alas habet, sed immediate post prominulum rostrum, exigua corporis moles, variorum colorum, qui tamen maximè ad ærugineum accedit; pennas verò ad duos palmos excurrentes, paucis circa rostrum, & lanuginosis pennulis mira varietate contectum, videturque agglomerata quædam pennata massula, vix carne constans. Cauda vero Pavonum more, aureo splendore nitet aliis mixtim coloribus coruscа. *Brasilia* huc septendecim variarum volucrium exuvias transmisit quarum una subtilissimi rostri, quod pene semipalmare est, & ejusdem altitudinis pedes habet, corpulentiam junioris Galli; pennæ porrò tanto ruboris splendore à natura accensæ sunt, ut similem in intensione colorem obtinere non possimus. Aliæ sedecim & forma & colore mirabiles & vagæ noviter accesserunt, de quarum nomine, & natura, tametsi adhuc nulla habeatur potentia, eas tamen ob accensorum colorum decorem & varietatem omnibus Advenis, uti raræ & curiosæ apparent, ita insolita formâ, & colore multiplici spectantur à natura dotatæ; nam aliæ flammineo colore rubescunt, cæruleo aliæ, quædam aureo præfulgent; viridi amœnitate exornantur aliæ, & demum nonnullæ intermixtione variorum colorum tali à Naturâ contextæ artificio, ut sagax colorum vix varietatem valeat distinguere; omnes ex *Brasilia* ad *Authorem* transmissæ. *Pars* II.

Corvus purpureus Brasiliæ.

Spectatur & alia volucris intensissimo rubeo colore purpurascens, quam *Brasiliani Quaracies* vocant, & est *Corvi* species, non nigri, sed per totum corpus purpureo colore, uti dixi, fulgens. Atque tales fuerunt, quæ venerabili Patri *Josepho Anchietæ Brasiliæ* Soc^tis JESU Provinciali, Viro Sancto, dum iter per mare ageret, & homines æstum solis amplius ferre non possent, hæ aves ad umbram faciendam accitæ & ad portum usque comitatæ, navim ab æstu solari, inumbratione defenderunt: quo miraculo plures ex Paganis ad Fidem Christianam conversi fuerunt, vide *Vitam ejus* jam luci datam.

Naturæ abortus.

Quartò, hoc loco Naturæ abortus, seu transformationes capiti huic inseram, nec miretur quispiam, si Naturam subinde abortire asseram. Spectantur in hoc *Musæo* inter mirabilia *Fungi*, non ut aliàs molles, & teneri, quales ex arborum pituita protruserat humor, aut tenerioris arenæ terrestris miscella, sed saxea prorsus, quorum plurimi in saxa durissima priori servatâ formâ mollitiem in duritiem, levitatem in gravitatem immutarunt, & impetriti dicuntur.

Fungi *impetriti.*

Præterea hic *Ossa Gigantum*, solo pondere, & nitrosâ qualitate in saxa immutata comperiuntur, quamvis *Author Musæi* potius Mineralis naturæ fœtum censeat.

Ossa Gigantum *putatitia.*

Ligna hic quoque reperies, ponderis gravitate immutata, uti saxa ad imum fundum aquæ subsidunt.

Vasa ex *lapide Teccala*, quæ naturali dote tanta virtute refrigerativa prædita

Teccala lapis *sive* Marmor

Mexicanum *virtute refrigerativa pollens.*

sunt, ut liquores impositi scypho tali lapide confecto, mirifico refrigerio statim imbuantur.

Vasa Porcellana Chinæ.

Adest præterea *copia vasorum Porcellaneorum* in formam Idolorum, & figurarum Sinensium reducta.

Cucurbitæ Mexicanæ.

Vides hic congeriem vasorum in modum scutellarum excavatarum; figuræ sat amplæ, sed pondere leviſſimo, diversis figuris & tractibus subtilissimis variè effigiatæ; ut etiam colorum multiplicitate depicta, ac demum vernice Sinico magni splendoris superinducto; vasa sunt ex *Cucurbitis Americanis*, *Authori* inde dono transmissa.

Poculum Nephriticum.

Poculum ex *Nephritico ligno*, cui quemcunque liquorem imposueris, ac paululum consistere permiseris, mox in cœruleum colorem tinctum reperies; atque adversus calculum renum ex eo bibentibus efficaciſſima Medicina comprobatur.

Ala Hirundinis Marinæ.

Extat hîc *Ala* plusquam palmaris, *Piscis volantis*, seu *Hirundinis marinæ*, qui *Æolius Magnes* ab *Authore* appellatur, de quo supra.

Ova Struthionis.

Ova Struthionis hic plura, & differentis magnitudinis reperiuntur, maximum palmum in diametro complent, candidissimæ testæ, & solidæ adeo sunt substantiæ, ut in lapidem coaluisse videantur.

India, Japonia, Mexicum, Brasilia hoc *Musæum* suis replerunt curiosis donariis, inter quæ pendet Gladius, seu *Framea Japonica*, Lamina est tripalmaris, modicum retorta, duarum unciarum latitudinis, utrimque duplicata, crenula elaborata, ex una parte in acutam aciem, ex alia vero fortiori dorso instructa, acinacumque more elaborata est; manubrio suo, & cupreo orbe satis grosso, ad manus defensionem instructa, Vagina fortissima, ex nescio cujus piscis pelle elaborata tegitur.

Gladius hic, eò quod ex *Japonia* allatus non tam curiosus, quam venerabilis, loco sacratiore dignum monumentum, eo quod plures Patres Societatis JESU ob odium, & persecutionem fidei, eodem gladio plexi sint, unde non sine veneratione, & spirituali solatio, teneroque gustu hospites contemplari solent. *Pars* II.

Pendet & clava fortis ex *America Septentrionali Romam* delata, ex durissimo æruginei coloris saxo, more lentium opticarum ex duorum circulorum segmento elaborata, adeo ut circumcirca in acutiorem aciem vergat, in medio vero ob corporis crassitiem ictus vibrationem augeat, & soliditate robustior sit. In medio foramine exciso tripalmaris baculi manubrio inhastatur; est & hæc ingenioso *Barbarorum* furore facta venerabilis, eò quod aliquot Patribus effractis cervicibus cœli januas aperuerit.

Diadema Regis Sinarum.

Vides hic *Chinensium Regum Diadematis* formam, quod ex corio durissimo, undequaque deaurato constat, quo & loco coronæ utuntur. Cingulum item ex Testudinum marinarum tessulis contectum, quo *Mandarini Sinensium* proceres uti solent; unde formæ pulchritudo, & pretii valor ei accrescit. Item *Sandalia* hic vides, quæ corii loco Cannabinis ligulis compacta, & viridi holoserico contecta sunt.

Panis Brasiliæ Mandioca *dictus.*

Brasiliæ hic extat fragmentum Panis, uti & granum quo panis conficitur, ex *Iuccæ* venenosæ cæteroquin plantæ radicibus in salutarem cibum, panemque redacta, quem *Mandioca* dicunt. Cochlearia *Chinensium* eburneæ virgulæ duæ sunt, quarum quamlibet una manu contrectantes cibum sumunt *Sinenses*.

Libra seu statera Sinensium.

Statera *Sinensibus* usitata ex ebore probè levigata hastula est, quæ punctulis, proportione Arithmetica, æqualibus interdistincta, nec non duobus tenuissimis filis instructa, quorum unum hypomochlii vices subit manu pendentis tenta, ex altera parte verò bilancis scutella pendet, in qua monetarum impo-

Cap. VI. impositarum justum pondus exploratur, sed filo, quod hypomochlii vices subit, ad differentis comparationis puncta adaptato.

Atramentaria, seu Atramentum Sinicum, mistura est in lapidem formata, madefactum humido, liquorem reddit, atramento similem, quem penes se deferunt, & ubique aut aqua, aut sputo imbuunt; & penicillum ex pilis subtilissimis confectum ad scribendum commodum habent. *Europæi* hodie idem ope gummium & fuliginis præstant; quanquam Sinicum nostro multo sit præstantius, & ad cultrorum aciem acuendam cotis instar servit.

Novaculæ Sinensium. Cultri, & Novaculæ *Sinensium*, differentis formæ à nostris.

Semicinctium Barbarorum Anthropophagorum in Brasilia. Ultimo loco Torques, sive cinctura *Barbarorum*, seu *Anthropophagorum Brasiliæ* exhibetur. Non est hæc, ut illa, quam *Manlius*, ad *Anienem*, *Gallo*, quem provocatus interemerat, Torquem detraxit, & inde *Torquati* nomen accepit, aut aureo vellere contextæ, aut lapidario pretio rarae: sed *Brasiliæ* Torquati verius nuncupandi, qui & ipsam pellem hostibus extorquent, & spoliorum loco ebur humanorum dentium, è torque, qui in modum fasciæ palmaris ex certo lini, aut *Cannabis* contexto subligaculo dependent per palmaria fila, & veluti juniperi granis, humanisque dentibus distincta dependens. Hac enim multitudine dentium triumphantes suæ barbariei facinora ostentant, tot enim dentes continent hæc perizomata, quot homines devorarunt, in testimonium generosi animi, eaque veluti tegumentum pubis portant. *Pars* II.

Quotidiani hospites celeberrimi hujus *Musæi* mirantur hic duos abortivos globos, quorum unus in petram coaluit crustatæ superficiei, in vesica Patris *Leonis Santii* viri omnigenâ scientiâ celeberrimi, natus, eoque mortuo excisus, uti prodigiosæ magnitudinis, scilicet qui facile pugnum humanum expleat, sic & duritiei incomparabilis calculus hic humanus undecim uncias circiter pendens, hoc epiphonemate. *Doctum occidit Leonem.*

Alter globus in Vaccæ stomacho repertus fuit, non in lapidem concretus, sed in pilam lusoriam tenui cute circumvestitus, intus pilis rubeis ita coagulatus, ut videatur attificiosissima industria ex iis compactus, levissimus est, sed tenacissimæ compactionis, uti sunt pilei castorei, quibus capita humana conteguntur, hujus causam indagans *Author*, asserit, & prudentissimè suo more, pilos esse, quos mater vitulum, fœtum suum lambendo lingua sua attraxit, & deglutivit, qui cùm digestionis sint difficillimæ, ii paulatim in glumum, intra Vaccæ stomachum concreverint.

CAPUT VII.

Optica, Catoptrica, Dioptrica Experimenta.

Ca. VII. POtentiæ visivæ ratio sub triplicem considerationem cadit, unde & secundum triplicem hanc videndi rationem, etiam triplicem sortita est denominationem: vel enim primò visio fit directè, radio scilicet directo in objectum tendente; hicque modus sub nomine *Opticæ* consideratur.

Secundò visio fit per reflexionem in specula, aliaque corpora, quæ species objectas reverberant, & dicitur *Catoptrica* seu *Anacamptica.*

Tertiò denique visio fit mediis corporibus diaphanis, diciturque *Dioptrica*, sive per refractionem *Anaclastica*; hoc eodem ordine servato Celeberri-

Ca. VII. Optica.

mi hujus *Muſæi* ſelectiora arcana deſcribo, in quo ſub *Opticæ* partem univerſa, quæ hoc opere continentur, cadunt, unà cum nonnullis fallaciis, quæ directo radio in objectum tendunt, ac elegantium figurarum ſpecies tibi repræſentant ex certo puncto, cùm tamen in omni alio loco non niſi confuſa quædam colorum congeries appareat, vides qua ratione eadem tabula tibi tres aut plures differentes poſſit repræſentare figuras ex differenti ſtationis loco. Figuræ item, quæ, quocunque declinaveris loco, te impetere telo videntur: aliæ inſuper, quæ in plano figurato neſcio quos abſceſſus & ambages mentiuntur, & tamen accuratius examinando, & indagando, capita, aut membra humana, aliarumque rerum Schemata figurant. Horum effectuum ratio, cauſa, & origo eſt à differenti angulorum incidentia, unde plus, minus in uno, duobus, tribus, aut etiam quinque locis ſtationum objecta variat; hæc *Author* more ſuo *in Arte Lucis & Umbræ* perquirit, diſcutit, dilucidat atque accuratiſſimè explanat.

Catoptrica.


Gradum facio ad *Catoptrica* experimenta, quorum maxima copia in *Kircheriano Muſæo* viſitur; unde primò recenſebo ea, quæ ope ſpeculorum Planorum præſtat. Secundò quæ ope ſpeculorum Sphæricorum. Tertiò Cylindraceorum. Quartò Conicorum. Quintò Ellipticorum, quorum aliqua cava, alia convexa cernuntur. Sunt alia hæc ſpecula partim ex Cryſtallo, partim ex ære ſeu metallo fuſa; Itaque ope ſpeculorum planorum ſubſequentia videntur experimenta.


Primo quidem *Quadrans Catoptricus*, inſtrumentum eſt, quo ope aliorum ſpeculorum planorum, qui in modum libri ad invicem commiſſi ſunt, & circa communem verticalem axim mobiles inter duas planas, & horizonti parallelas tabulas, & ſecundum quadrantis lineas concentratæ, atque graduatæ ſunt. Nobile hoc artis miraculum eſt, Quadrans enim hic Catoptricus, quò magis acuitur angulus, tantò pluries objecta multiplicat; Videſque in hoc quadrante Catoptrico, dum partes ad angulum acutiorem promoves, objecta & multiplicari, & velociſſimo motu mox ad objectum accedere, mox retrocedere, uſque ad angulum rectum; latera reducendo, donec paulatim eorum ſpecies penitus evaneſcant; unde & objectiva ſpecies in hoc Quadrante varias vultuum tranſmutationes, membrorumque mutilationes, modò in tholo pendulæ, jam & in aëre volitantes mirari licet. *Pars* II.

Theatrum Catoptricum.

Theatrum Catoptricum, inſtrumentum eſt, quo quæſtionem inter Phyſicos tam celebrem *de Infinito actu*, *Author* pluribus planis ſpecalis tam nobili artis opificio deludit, ut rationem à ſenſu ſeparatam, vel ſaltem deceptam in hoc inſtrumento quivis obſtupeſcat; & quæ in Phyſicis contrariarum ſententiarum probabilia argumenta quotidianam in ſcholis ſubminiſtrant diſputandi materiam; hîc convincente viſus apparentiâ concluſivè dari actu infinitum ſtabilire videtur.

Ciſta eſt ſub forma Theatri, quæ ex interiori parte undequaque planis ſpeculis circumveſtita eſt; porro ſpecula ex parte poſteriori, non ad latus, ſeu angulum rectum ſibi invicem conjuncta ſunt, ſed ad angulum acutum, undè in cavum quatuor laterum ſe arcuat; Planum verò horizontale quadrilaterum eſt, quod in centro ſuper axim mobilem convolvitur, & ita quadrifariam objicit figurarum, ſeu planorum differentiam, ſic ſpecula plana mutuata reflexione unum alteri objectorum planorum ſpecies reflectunt, communicant, & multiplicant, ſemperque eaſdem ſpecies recolligendo opticè diminuunt, ut eaſdem numerare impoſſibile ſit, adeoque *infinitum actu*


Fig: I
Fig: II
A
Fig: 2
Arpanentia Anoptica
Loxoptica
Loxoptica
M
N
C
D
Orthoptica
IHS
Fig: 5
Fig: VI
R
M
E
T
A
S
Fig: III
D
A
E
B
F
C
Fig: VII
A Fig: 5
B
H
C
F
B
F
I
K



Ca. VII. *actu ſpatium* repræſentet. Vides ergo mox viridariorum ad utramque partem ſe opticè protendentium ſeries, ut oculus tuus tali labyrintho deluſus in infinitum ſpacium, & campos protractum ſe putet.

Mutato mox plano machina te in tam uberem, & locupletem bibliothecam introducit, ut ejus apparatu, tot voluminum magnificam copiam vix credibilem fateri attonitus cogaris. Quæ dum tibi ab oculis ſubducitur, ſe ſiſtit in medium magnificentiſſimorum palatiorum, & fabricarum Theatrum, quo evaneſcente ecce Triclinium omni adornatum fructuum, & florum genere vel ipſum guſtum allectantibus ciborum, & tragematum obſoniis, abunde refertum intuearis.

Ad hujus imitationem varias ſcenicas projectiones, ornatiſſima conclavia infiniti columnarum productarum ordines, varia ambulacrorum diverticula; Horti omni florum ac plantarum genere inſtructiſſimi; Menſæ omni cupediarum genere refertiſſimæ; Theſauri inexhauſti; Anfractus infiniti repræſentari poſſunt.

Ciſta Antecameram Cardinalis exhibens.

Proſpectiva Catoptrica: Occurrit inſignis ciſtula, proſpectum ampliſſimi palatii undequaque, apparatum magnificum tibi repræſentans, ubi ipſius palatii incolam Dominum, aulicorum copiâ ſtipatum, ac famulantium grege copioſo circumdatum vides. Hujus capſulæ fabrica hæc eſt.

Fiat Ciſtula in longum ad tres palmos protracta; latitudinis, & altitudinis palmaris, hæc in uno longiorum laterum medio, exciſam habet feneſtram paulò ampliorem ſemipalmo, intromittendæ luci inſervientem, quam vitro plano, aut velo pellucido ita operias, ne introſpectam lucem impediat; in hujus oppoſito latere circa extremitates duæ portulæ fiant, quæ interiorum cubiculorum debitæ ſymmetriæ, & architecturæ proportione ornatum, portaſque conclavium oculis exponant, & introſpicientibus deſerviant. Ex utroque latere ſupra ſitum ſpeculorum, quæ intrinſecus latent, duo parva ſint foramina, etiam introſpectui ſervientia. Interior pars ciſtæ ita coloribus ordinetur, ut cœlum aut pulchram laquearis ſpeciem; fundus verò varias pavimenti teſſulati figuras exprimat. Huic Ciſtæ utrimque tria ſpecula plana ſemipalmaris latitudinis, quæ in longitudine ſemipalmum vix excedant, firmiter inſerta fundo, & utrimque ex oppoſito portularum latere normaliter erecta. *Pars* II.

Machina Ectypon Alex. VII. in ſpeculo monſtrans.

Phænomenon, ſeu *Catoptrica Alexandri* VII. Pontif. Opt. Max. exhibitio. Cum *Author* ob ſtudii, & virtutum amorem ab eodem ſummo Pontifice ſummè adamatus fuerit, & liberaliſſimis beneficiis affectus, beneficiorum memor, ejuſdem effigiem in nitidiſſima ſpeculari glacie comparere voluit in laquearis faſtigio, quæ tali ſolertia aptata fuit, ut ſecundum varium ambulantis ſitum mox accedere, mox retrocedere videatur, & certo demum ſtationis puncto conſtituto curioſo indagatori, ſe plenè, & majeſtuosè venerabilem præbeat, tanto artis arcano, ut ſagaciſſimos indagatores ſubterfugiat, & quantumvis objectas ſpecies ex omni latere inquirant, nuſquam tamen detegant.

Horologium pendulo agitatum varia demonſtrans.

Cupido horarius. Theatrum eſt *Catoptricum*, ſed parvum, tribus planis ſpeculis inſtructum, quæ ſpecula ad angulos rectos ſibi connexa ſunt: cujus medio Cupido pendulo ſupra ſtantis horologii alligatus continuò volitat; cujus ſpecies à ſpeculis reflexæ jucundum ludentium puerulorum agmen oſtentat.

Octogonum Catoptron.

Theatrum Catoptricum Octogonale. Hoc voracis temporis injuriâ interiit, & ob loci anguſtiam penitus neglectum, & in fragmenta diſruptum eſt: conſtructum erat tali arte, ut circuli

Ca. VII. circumferentia in octo æquas partes divisa juxta speculorum imponendorum proportionata spacia, in quo tanquam in epitoma quadam & anacephalæosi comprehensum cernebatur, quicquid reflexo radio præstari potest, cum hac dispositione omnes dabiles angulos, sive rectos, sive acutos intra vel extra quadri inclinationem unico actu reflecterent, in hujus medio Elephanti effigies collocata integrum Elephantorum gregem, ex tota *Asia* & *Africa* collegisse videbatur.

Proteus Catoptricus.

Proteus Catoptricus. Hæc uti & prior neglecta interiit. Speculum erat prægrande, in quo se ipsum intuens cernebat; machina vero tali arte compacta, ut immediate mutato situ speculi, ex tympano rotatili diversorum angulorum, modo caput suum in asininum, modo in caprinum, suillum aliorumque animalium transmutatum admiraretur, artificio ab *Authore* in *Magia Catoptrica* descripto.

Experimenta speculorum sphæricorum etiam nonnulla sunt; primatum vero merito obtinet prægrande speculum ustorium cavo-convexum ex metallo conflatum, cujusque diameter ad tres palmos se extendit; hujus speculi ope solares radii collecti, denique iterum ad aliquot palmos refracti objectum lignum accendit, & exurit ex cava speculi parte; ex parte verò convexa omnia circumsita corpora colligit, & eleganti proportione diminuit. Hujus speculi opera variorum Mecœnatum effigies ad certam distantiam inversæ positæ, secundum omnes sui partes excipit, ac demum in medio aëre volitantes libere sustinet. Diffundit insuper exceptum solis radium horizontaliter collocatum ad cubiculi, aut aulæ cujusvis fenestras positum ac quodlibet superpositum corpus in tholo incomparabiliter augmentatum ad quemvis minimum & imperceptibilem motum in tholi aut fornicis partibus vagabundum phænomenon repræsentat. Asservantur in hoc *Musæo* alia duo specula sphærica, sed minora palmaris scilicet diametri, unum aliud minoris, quibus eadem experimenta exhibentur. *Pars* II.

Cylindracea Specula plicatilia *varie transformantia introspicientes.*

Exhibentur hic *Specula Cylindracea plicatilia* duo, unum cavum, alterum convexum; speculo convexo differentes figuræ ex colorum varietate confusæ non ingrata combinatione in Cylindro formosæ, modo turpes; mox una mox altera effigies appareat; contrà verò elegantissima objecta ita difformat, ut nesciam, quodnam rerum deturpatarum chaos in Cylindro repræsentetur, curiosa studiosis materia, ut possint rationem circumferentiæ ad objecta circa centrum Cylindracea corpora refringentia examinare. Speculo cylindraceo cavo quo Genius in centro firmus, cujus in medium aërem educitur species, quæ porrò non nisi ex certo stationis puncto appareat, à quo aut recedendo, aut ab eo ad speculum propius accedendo, Genii species vel intra Cylindri latebras, aut in auræ incognitis viis evanescendo insensibiliter spectatoris oculum subterfugit.

Hac Cylindracei usu speculi quasi magica opera apparentem in aëre flammam indemnem manibus pertractari mirantur advenæ. Discat hîc sapiens & curiosus peregrinus, vivorum hominum simulacra & species citra miraculi necessitatem, & magicam superstitionem ex uno Cubiculo in liberum aërem mira arte educere, quin imo inter accensarum flammarum rogum, indemnem se conservare.

Cylindri *in plano figuras varie dissipatas, in speculo Cylindraceo exprimunt.*

Conicum speculum unum vides convexum, quo mirificè in plana tabula secundum artem deformatæ figuræ in conici speculi superficie recollectæ apparent, unde variarum figurarum pro tabulæ diversitate simulacra apparent; unde Regis phænomenon equo dela-

Iconismus XXXIII

Fig: 1




Fig: 2




Fig: 3






Fig: 4





Ca. VII. delatum, aut Imperatoria Majeſtas in throno conſpicua cernitur, aut certè aliarum ſimulacra rerum.


Speculæ literas iis inſcriptas in quem vis remotum locum reflectentia.

Demonſtrat hîc ſolertiſſimus *Author* Elliptico ſpeculo quàm mirificè hæc figura conducat ad trajectionem radiorum ſolarium in longinqua diſtantia ignis pabula, unde inexpectatè horribiles flammas ſuccendit.

Dioptrica.

Ad *Dioptrica* tandem divertere oportet, inter quæ non parcè hîc ludere videbis artem, & quidem intra Cryſtallinæ Sphæræ ſeptum. Miraberis *Chriſti* reſurgentis effigiem ſine omni ſubjecta materia comparere: Aviculam inter aqueam caveam garrulam luxuriari & circumſalire abſque eo, quod madentis aquæ irrigatione madefiat. *Pars* II.

Exſurgit in medio *Muſæo* Ara Magnetica, cujus tres vitreæ Sphæræ aquâ puriſſimâ repletæ inſiſtunt, quæ & cœleſtium circulorum ſyſtemata deferunt, ex quibus non exiguo ſplendore irradiatæ videntur effigies piiſſimi gregem *Dei* paſcentis, & ad vota univerſæ Chriſtianorum Reipublicæ, Sanctiſſimi, & Clementiſſimi Patris, & Pontificis Opt. Max. *Clementis* IX. ac ejuſdem Pontificis Nepotis Eminentiſſimi Cardinalis *Jacobi Roſpigliosi* inter laureum corymbum, quorum ſpecies ea arte ſpectantur, ut unde origo naſcatur, ignoretur, ac vix perceptibile fiat deſpicientibus.



Lucerna Magica.

Lucerna Magica. Inſtrumentum eſt, quo, ope unius aut plurium lentium cryſtallinarum ſuperficies, quibuſcunque tandem, diaphanis tamen coloribus,

*Ca.*VII. bus, figuris aut imaginibus imbuuntur; quæ tubo opticæ lentis prius probè instructo, lumine Lucernæ accensæ intra obscuri cubiculi candidum parietem aut expansum linteum ita ad vivum unà cum coloribus projiciuntur; ut omnes in admirationem rapiant. Verùm antequam ulterius progrediamur, hîc silentio minime supprimendum duxi, dum video complures jactabundos vagabundosque Thrasones orbem circumcursantes qui hujus sibi lucernæ inventionem famosius adscribere non verecundantur. Impostores sunt. *Kircheri* hoc inventum est, quod & multis in *Musæo* suo variis modis jam ante 30 annos exhibuit, & tandem in *Arte magna Lucis & Umbræ* binis editionibus, potissimum in Ultima fol. 768. fusius descripsit, ei demonstravit, multa similia sibi adscribunt inventa varii Authores noviter editi quæ tamen successu temporis inventa sunt arcana *Kircheri* jam dudum edita.

Lucerna *Solis splendorem exhibens.*

Lucerna mirifica. Instrumentum est, quo lucis radius adeo intenditur, ut non solum in tenebris, verùm etiam in clarissima diurna luce, adeò lumen intendat radios suos vibrando, ut præ splendoris exuberantia vix liceat inoffenso oculo, ejus lucem intueri; Artificium provenit ex segmento crystallini globi, cui retropositum lumen, & lucernarum more ex omni alia parte opacatum, tantum luminis fundit ut Solem orientem crederes, atque adeo ad ducentos pedes in tenebris, minuto quamvis charactere scripta, legenda præbeas.

Sphærulæ Crystallinæ *tonitruantes.*


Crystallinæ Sphæræ duæ; globi sunt trium digitorum in diametro ex rupea crystallo singulari arte in perfectam sphæram elaboratæ; præstant duplicem effectum: primo transfusum solarem radium in punctum colligunt; ibidemque appositam ignis escam, & fomitem è vestigio accendunt: objecta verò omnia scenicè catoptrica prove- *Pars* II.
ctione exhibent; hos item effectus alias lentes præstare, experimento demonstratur; servit & ad caustica horologia concinnanda, quo hora monstrata accenditur ignis magno cum strepitu, & campanella pulsu horam monstrat.


Conclavia gemmata, & peristromatibus adornatissima apparent. Videbis hic Prismata Crystallina plura adeo unita, ut in duobus lateribus se contingant; hæc si valvarum foramini imponantur, atque reliqua luminis ostia occludantur, ecce inobscuro cubiculo solis radius vitra medi ante speculo lenticulari pertransiens, undique muros candidos diversicoloribus peripetasmatis vestitos spectabis. Gemmarum verò apparatum habebis, si lentes diversicoloris vitri ad differentes angulos elaboratos in locum prismatum substituas, tunc & parietes intus & coloribus, & pretiosis lapidibus prorsus verisimilibus exornatos videbis.


Disces hinc qua ratione in speculo plano quascunque inscriptas literas trans lentes in obscurum conclave amico legendas transmittere possis: qua ratione ambulantium in platea publica aut foro species in cubiculum quodlibet trajicere possis; qualiter currentes horologii numeros in alieno loco apparere facias, & infinita alia.


Ultimo loco hic Tubus opticus cum suo pede instructus perfectissimus conservatur. Microscopia, Telescopia, aliaque id generis necessaria hîc, utpote in copiosissima officina conservantur, quibus omnis generis experimenta in gratiam curiosorum advenarum exhibentur; sicuti verò hujusmodi instrumenta fragili materiæ innituntur, ita iis ruptis fractisque, nova semper ac nova, *Authoris* ingenium suppeditare solet.


CA-


Fig: I Iconismus XXXI
G
A
B
C
D
E
F
Fig: II
M
V
X
C
B
D
Z
P
M
A
G
H
B
C
K
L
O
N
L
I
D
E
F
Fig: III





Horologium Hydraulicum
IHS
Volat irrevo-
cabile tempus
A
B
N
K
XII
I
V
II
III
IV
V
VI
VII
VIII
IX
X
XI
I
V
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
L
C
G
H
M
Y
X
O
E
F




Horologium Hydraulicum
in exteriori indice
Horas ostendens.
Circulus horarius
Fig: II
a
C
B
A
M
R
S
T
L
K
P
I
H
D
E
G
O
F




Horologium multiplex magnetico Sympathicum ex museo Kircheriano.
MENS agitat molem.
A
T
P
R
S
Q
IHS
MRA



CAPUT VIII.

Mundi Subterranei fructus.

AMpla, vaga, Mundo inter reliqua divinæ providentiæ beneficia magnæ Matri Naturæ elargita, utiliſſima hîc occurrit materia. Omnium quippe, quæ in ſubterranei Mundi viſceribus partuum ſpecies producuntur, videlicet omnis generis Metalla, Mineralia, Succi, Fluores quotquot hinc inde in diverſis Mundi partibus eruuntur, hoc in *Muſæo* rara magno numero conſpiciuntur. Accedunt rei lapidariæ diverſæ ſpecies, quibus ſolers ars Naturæ ſimia, variarum formarum & colorum ſplendorem conciliat; unde in varium ornatum generis humani, & luxum Magnatum pretiosè aſſumuntur, & conſervantur.

Quanta porro Mundi mineralis, ſeù ſubterranei ſit varietas & utilitas, omni momento neceſſarius metallorum uſus, & Mineralium multitudo & varietas luculenter docet, & Hermetica Schola indies miratur, quæ rigoroſiori indagationi, & examini rerum naturalium, ſeu Compoſitorum Phyſicorum ſolutioni intenta, quotidiano experimento novas formas comperit, inducit, & ſeparatione in alias ſpecies mutat, & ſedulo labore per diverſas operationes omne mixtum corpus phyſicum in ſua principia, Sal, Sulphur, & Mercurium reducit, modo calcinatione ſolvendo, aut extractione ſeparando, aut amalgamatione indurando, aut præcipitatione diverſimodè præparando, ſtratificando, cimentando, commiſcendo, fumigando, per vaporum, aut ſiccorum, aut humidorum electionem; item per diverſas ignitiones cinefaciendo, aut reverberando, aut demum per diſſectionem, aut evaporationem ſegregando; hinc diverſa ſalia, eſſentiæ, ſpiritus, tincturæ tum fixæ, tum volatiles. Hoc in capite, nomine mineralium omnia foſſilia comprehenduntur indifferenter, metalla, ſemimineralia, & lapidea. Quare ne diutius te detineam, contextum Catalogum variorum Mineralium, quæ hîc in ſuis loculis diſpoſita videntur, breviter & ſuccincte deſcribo. Quæ omnia juſſu Cæſaris ex mineris *Hungariæ* & *Boëmiæ* ad *Authorem* tranſmiſſa fuerunt. Eſt igitur

Omnium Mineralium ſpecies.

1. Maſſa Mineræ argentei coloris, pellucida, ex qua ſulphur conficitur.
2. Minera Cadmia vulgo Germanicè Kirs Kobelt/ ex qua Arſenicum fit.
3. Minera ſtagni, ex profundiſſimis terræ viſceribus eruta; ex quo *Author in libro Lucis & Umbræ*, ſpecula argentea fieri docet.
4. Marcaſita. Nota tamen, quodlibet metallum ſuam habere Marcaſitam, uti fusè docetur in *Mundo Subterraneo*.
5. Cobaltum, ex quo fit Marcaſita artificialis.
6. Plumbum purum.
7. Sulphur ex plumbo excoctum.
8. Minerale æris, argento & plumbo temperatum.
9. Minerale æris, argentei coloris.
10. Minerale æris, atri coloris.
11. Metallum argenteum.
12. Excreſcentia mineralis in formam Amethyſtorum, miro naturæ ludibrio effictum.
13. Æs factitium ex Alumine, & Cupreo liquore.
14. Minerale auro prægnans.
15. Aurum pallidum, prout in venis reperitur.
16. Minerale nigrum argento pollens.
17. Argentum capillare in pilorum modum condenſatum.
18. Æs ex Cinabrio temperatum.

C. VIII. 19. Marcasita præparata ex Cadmia, seu Kobalto, & Arsenico.

20. Aurea Marcasita ex venis auri, cum frusto auri rameſcentis.

21. Vena aureæ Marcasitæ.

22. Granati Boëmici una cum vena, ex qua extrahuntur.

23. Metallum Cupri, variique pulveres, auri, argenti, cæterorumque metallorum, in fodinarum venis reperti.

24. Antimonium crudum.

25. Æs ex Antimonio.

26. Mineræ æris, coloris argentei.

27. Adamantes Boëmici, Topazii, Smaragdi. &c.

28. Selenites, ſive Materia Talci.

29. Matrix Granatorum, duriſſimus lapis eſt.

30. Vena & flos ferri.

31. Lignum impetritum, 140 perticis ſub montium tegmine repertum.

32. Candidiſſimus flos ferri cum ramuſculis corallo marino perquam ſimillimus.

33. Cryſtalla montana, & petræ cryſtalliferæ.

Hæc omnia partim ex *Boëmiæ*, partim ex *Hungariæ* fodinis ad *Authorem* miſſa.

Succedunt diverſæ lapidum ſpecies, quæ pleræque à Natura *pictrice* varias referunt figuras.

Habes itaque fruſtum Marmoris candido-rubeo colore nitens, aëris Solis in occaſu rubicantis ſimilitudinem exprimens, ex terra *Braga* in *Hetruria* erutum, ubi hujus fodina viget.

Ex aliis regionibus tranſmiſſæ variæ mineralium ſpecies.

Corſica tranſmiſit fruſtulum viridis Marmoris, quod hortum cum arborum culturâ vagum, ad Naturæ æmulationem fingit.

Ex *Sicilia* Viridi-Glauco-marmorea tabella teſtatur quid *Cataneæ* Territorium intra viſcera ſua nutriat; unde etiam tabellula Chalcedonii glauci adlata fuit. *Pars* II.

Ex *Corſica* effoditur Granati ſpecies, vagè albis & nigris maculis intermixta, cujus hîc fruſtum viſitur admirabiles anfractus referens.

Lithantrax, carbo foſſilis ex *Belgio* allatus hîc inter reliqua Naturæ opera oſtentat, quid *Leodienſe Territorium* pariat.

Agathæ albæ, & nigræ, & variis ductibus intermixtæ, campi *Senenſium* in *Hetruria* ſuum hîc partum jactare gloriantur.

Ex Amethyſto hîc duæ videntur pyramides, & nonnulla fragmenta, quorum origo cum ignoretur, illa antiquis fragmentis adnumerantur.

Ex *Inſula Cypri* hic rubricans fragmentum videtur marmoris duritiem longè ſuperans, & aliud viride mire vagum Smaragdum exprimens.

Ex *Perſia* Agathæ Orientalis particulæ hic conſervantur, uti & diverſa fragmenta lapidis Lazuli, & Turcoïdis.

Ex *Sicilia* Glauco-cyanei coloris, ex *Boëmia* viridis, ex *Belgio* violacei coloris diaphana fragmenta hîc videntur.

Et demum Chalcedonii, qui ex montibus *Ruffoli*, Territorii *Volaterranei* in *Hetruria* eruuntur, nec non aliqua ex Porphyrite, & ex rubro Granato, quæ ex antiquis fragmentis habentur. Spectatur & atramentarium quinque marmoris ſpeciebus elaboratum, *Volaterris* ad *Authorem* ab Illuſtriſſimo Satrapa *Raphaële Maſſejo* tranſmiſſum.

Inter reliquas Lapidariæ artis raritates hîc alia digna viſu curioſi admirantur, ſcilicet in Elliptica Agatha ad ſpeculum levigata, in qua miro venarum fluxu Heroicæ Viraginis effigies cernitur, *Gamæa* vocant, cui non incongruè ſequentes poſſent ſubſcribi verſus Italici.

Spira

C. VIII.

Spira aggionta dell'arte
In dura pietra inciſo
Dell'Amazone Sueca *il Regio viſo*
Coſi nacque nel ſaſſo, e moto e vita
Al ſaſſo diede, & s'amolli nel ſeno
Per ricever l'immagine hor che è ſcolpita
Sua durezza ripiglia, onde ivi à pieno
Duri la vita anche di ſenſo priva,
Et è raggion che viva
Chi gia nacque ſtupor della Natura
Prodigio anche in figura.

Verùm hoc magno dolore *Authoris* ab hoſpite furto ſublatum fuit.

Figuræ quas Camæas vocant.

Stupet hic curioſus advena videre plures alios lapides, in quibus naturæ occultus penicillus varia rerum ſimulacra expinxit; puta arbores, fructus, urbes, flumina, literas Alphabeti, numeros, animalia, & id generis infinita alia, de quibus in *Secundo Tomo Mundi Subterranei.*

Mira ſpectacula Succini ſive Electri.

Electrum ſive *Succinum*, uti vagum Naturæ eſt miraculum, ita hoc in *Muſæo* pulchram nobilitat ſupellectilem. De ſuccini, quod & electrum dicitur, origine controvertitur. Sunt qui aſſerant bitumen eſſe arborum. *Georgius Agricola* cum pluribus ait, maris liquidum bitumen eſſe, quod ex occultis fontibus in ipſum influit. Volunt alii, & non improbabiliter, ſuccinum bitumen quoddam eſſe, & terræ pinguedinem, quæ ex fiſſuris marinorum ſcopulorum erumpens, in mare defluit, ubi aquarum ſibi inſita vi, & Solis virtute, in gluten quoddam coaleſcit, & dureſcit, liquidum adhuc, demumque ventis agitato mari, in littora ejicitur, ejectum paulatim una cum animalculis ei involutis, indureſcit. Poëtæ fingunt, ſuccinum, ſeu electrum eſſe lachrymas ſororis *Phaëthontis*, quæ ob fletum, in populum arborem mutata, quotannis juxta *Eridanum* fratri ſuo illachrymaretur, lachrymis in ſuccinum, ſeu electrum converſis. Pollet ſuccinum quadam virtute attractiva, non ſecus ac Herculeus lapis. Porro ſuccinum attractivam omnium rerum quæ ipſi objiciuntur, vim habet, ſiquidem ſtipulas, plumas, lanam, ligna, folia plantarum, & leviſſima quæque corpora allectat; quin imò ſi quamcunque rem pendulè & libero in aëre, filo alligatam pendere ſinas, omnia prius calore affrictione prævia anima tum electrum ad ſe trahere reperies, ita etiam graviora ligna filo æquilibratè levigata, & ſuſpenſa admotum ſuccinum attrahit. Eſt tamen hoc notabile, quod magis agat, ſi per perfricationem vehementem incaluerit, quod evidens ſignum eſt, ſuccinum frigus adamare, quo per perfricationem, & vehementem motum expulſo, immediatè ambientis aëris, deperire frigus, & unà ſimul permiſta cum aëre corpuſcula ſecum adducere & attracta ſibi unire. *Pars* II.

Succina reperiuntur diverſi coloris pleraque fulvo auro ſimillima; Cryſtallum diceres glaucum, quæ vel intenſiora magis, aut minus reperiuntur; alia albicare comperiuntur, quæ uti rariora, ita cariora. Nigri quoque coloris inveniuntur.

Reperiuntur plerumque in ſuccineis maſſis, tanquam ergaſtulo condemnata, aut ſepulchro condita, varia animalculorum corpuſcula; puta muſcarum, apum, formicarum, culicum, aliarumque rerum & animantium cadavera, quin imò corticum arborum fragmenta, longè nobilius quam Arthemiſia in Mauſoleo oſſa mariti condita; quibus Martialis hoc alludit epitaphio.

Et latet, & lucet Phaëthonti *condita gutta,*
Ut videatur apis nectare clauſa ſuo.
Dignum tantorum pretium tulit illa laborum,
Credibile eſt ipſam ſic voluiſſe mori.

Quo pacto autem ejuſmodi animalcula ſe æternæ ſepulturæ condant, ex

Ca. VII. eodem Martiale colligere, & intelligere potes, dum sic canit,

Flentibus Heliadum *ramis dum vipera serpit,*
Fluxit in obstantem succina gemma feram;
Quæ dum miratur pingui se rore teneri,
Concreto riguit juncta repente gelu.
Ne tibi regali placeas Cleopatra *sepulchro,*
Vipera si tumulo nobiliore jacet.

Memorant sæcula nostra, *Asdrubalem Hannibalis* germanum fratrem in monte Floris succineo in tumulo jacere. Et in hoc *Musæo* lacerta quæ integra in succini massa occlusa videtur, cumque prioribus annis, manibus unius juvenis principis, curiositatis ergo contrectaretur, incautè in terram lapsa dissiliit, ac tam fœtidum putredinis odorem emisit, ut omnes adstantes intolerabili nauseâ affecerit; hodie tamen adhuc circumcirca inaurato aurichalco septo conclusum visitur, licet ob aëris penetrationem lacerta satis corrupta sit; donum Serenissimi Principis *Augusti*, Ducis *Brunsvicensis* & *Luneburgensis*.

Jungam hoc loco, quæ de succino dicenda restabant. Convenerant nonnulli Medici in horto Botanico nobilissimi Equitis *Francisci Corvini* amici singulares ad variarum plantarum proprietates explorandas; aderat & inter cæteros *Author* noster. Et inter cæteras quidem quæstiones propositas mentio quoque facta est virtutis attractivæ Electri, sive Succini de quo Aristoteles L. Probl. sic dicit; *quod* scilicet *electrum seu succinum omnia præter ocymum (quæ vulgò herba Basilica dicitur,) ad se attrahat;* respondet *Kircherus*, nihil facilius esse, quam id experimento comperire. Ecce enim validum hîc frustum (quod semper secum gestare solebat) succini; nec deerit nobis ocymum, planta passim nota; quam, ubi attulissent, is primò variis stipulis, festucis, & inter cætera herbarum folia ocymi quoque sepositi, & succino attritione prævia calefacto id expositis rebus applicatum eas ad se sine ulla difficultate, & absque mora attraxit; ocymi vero folia separatim posita, adeo avidè traxit, ut nemini de experimenti veritate, contra *Aristotelem*, amplius dubium esse possit; verùm ne solertiæ nostri *Authoris* temerè credidisse viderentur, singuli ad veritatem rei contestandam propriis manibus experimentum sumere voluerunt, quam ut comperierunt, nimia *Aristotelis* in similibus rebus, quæ absque experientia, aliorum solummodo relatione perceperat, credulitas explosa fuit.

Pars II.

Accidit & simile quidpiam in *Musæo Kircheriano*. Princeps magni nominis & ubique notus ex Guisiana familia, cum præter multa experimenta, vidisset quoque electrum ad se omnia trahendi facultatem obtinere, per jocum dixit *Kirchero*; si omnia trahit succinum, utique & chirothecas has meas, uti auro contextas, ita quoque ponderosiores, trahere posset: quod si fortitum fuerit successum desideratum, easdem ei dono ad perpetuam rei peractæ memoriam se relicturum: Respondit *Kircherus*, id nulla difficultate fieri posse ipsa praxi se demonstraturum. Dictum, factum: Itaque ex una parte in longioris ligni trabe ad instar stateræ pendulæ chirothecas appendit, ex altera verò trabis parte pondus ad æquilibrium exactissimè appositi: Quo peracto; prævia perfrictione succinum chirothecis ex trabe pendulis applicuit; quæ statim vim succini sentientes, quocunque vellet, ante & retro tractæ motum trahentis secutæ sunt. Quo viso miratus Princeps, quemadmodum promiserat, chirothecas manibus *Kircheri* impositas, muneris loco relinquere cogitabat. Verum is, uti eas apud se, tanquam rem pretiosiorem, vi instituti, tenere prohiberetur, ita

C. VIII. ita quoque ipsi gratiis peractis, restituit; sufficere sibi, promissi experimenti veritatem suæ celsitudini demonstrasse.

Corallus. *Mediterraneum mare* sui sinus sobolem porrigit, ut nobilis hujus *Musæi* supellectilem augeat; unde hic plura Corallia marina, cum rupe corallifera, anno 1653. à rari ingenii & rerum scientia fœlici, D. *Joanne Jacobo Scaphilo Trepani* Secretario, dono transmissa; unde videre possumus, quanta cum providentia Natura fundum marinum corallinis arboretis vestiat, & varia conchylia, ostraceas exuvias, saxa in monticulos congerat, unde rubra arbor excrescens duritie suâ, & rubore, humano generi pulchrum luxum præbet. Horum monticulorum aliqui intra rara *Musæi* videntur: fragmenta porrò plurima reperies ex ipsis conchyliis enata; est enim proprium hujus plantæ, liquorem spermaticum ex se demittere, cujus guttæ in quodcunque obvium corpus ceciderint, ibidem novæ corallinæ plantæ sobolem nasci faciant. Didicit hoc Naturæ arcanum *Author* ex Arabicis Maris rubri urinatoribus, qui ibidem ad multos annos corallo ex imo maris extrahendo, operam suam impenderant. *Pars* II.

CAPUT IX.

Hermetica Experimenta.

Cap. IX. Phœnix rediviva. PHœnix rediviva; Chymicæ artis magisterium; est in hermeticè occluso vitreo vase, aqua ab omni seminali permixtione depurata, contenta ex cineribus plantæ, quæ Adiantum dicitur, cujus cineres in Salem chymico magisterio reducti, ea virtute & proprietate pollent, ut eandem plantam reproducant perpetuæ generationis & corruptionis vicissitudine perennem. Hæc est herba verè perpetuo renidens, vivendo moritur, & moriendo vivit, cui bene alludunt hi versus:

Quæ thuris lachrymis, & succo vivit amœni
Fert cunas Phœnix busta paterna suas.
Unica semper avis, pater & sibi filius ipsa
Morte sibi vitam det sibi sola novam.
Nam quoties super orbe decem jam sæcula vixit
Supremi moriens nascitur igne rogi.
Sic flos hic vitam sibi reddit morte peremptus,
In vitreis rursum germinat udus aquis.

Res multis tentata, pauci tamen hoc summum Naturæ arcanum assecuti sunt; exhibet & hisce alia conjuncta in peculiaribus phialis Naturæ miracula, queis integram abietum sylvam, tanquam peritissimi artificis penicillo adumbratam, aut scalpro excisam in vitro parvi laboris impendio distincte spectabilem reddit *Author*, & adeo quidem ut colore viridi subflavescente, pineis racemis, foliis comatis & cypariſatis, imò radicibus ex terra erumpentibus, & intervallo truncorum in terræ superficie mille arbustulis in diverso gramine interjectis, ipsæ abietum formæ sub aspectum oculi veniant, nec evanescant, sed perpetuò eædem maneant, nisi fortè fracto vase, uti & Phœnici Kircherianæ contigit, qui postquam Regiæ *Suecorum* Heroïnæ ad primum in Romanam urbem, & *Musæi* visitationem, ingressum oculos & sensum rapuerat, quasi aliorum asper natura aspectum, inopinato frigoris gelu, vase diffracto Phœnix vegetabilis evanuit, neque postea oculari multorum testimonio Metallica planta.

contentus *Author*, reparare recusavit.

Mercurius Philosophorum.

Annulus Mercurii fixi, alio nomine Argentum vivum, aut Lithargyrium, *Mercurius* dicitur *Philosophorum*, qui Hermeticam Scholam sectantur, unicum, quod venerantur Idolum, dum eum tanquam fugitivum servum stringere & fixari inutili labore conantur, demum oleum & operam perdentes, in tenues evanescentem auras nuspiam reperire sciunt. In *Musæo* porro hoc, pendet annulus fixi Mercurii, Vulcani ferulæ cedens ad omnem artificis nutum & normam se flecti ac duci finit, non solum præstantia artis, verùm etiam medicâ, qua pollet, virtute, pretiosus, utpote, qui præsentaneum remedium, sive antidotum contra venena adhibeatur, eaque detegat.

Proteus metallorum.

Proteus Metallorum. Pendet vesica vitrea cava è fontibus vitriolatis *Hungariæ* transmissa, quæ adeo corrosiva qualitate pollet, ut exiguo temporis spacio ferri terrea excrementa corradendo ferrum in rubrum cuprum tingat, de quo *supra* quoque dictum fuit.

Liquores qui Elementorum ordinem inconfuse exprimunt in phiala.

Aqua sapientiæ. Fecit *Author* crystallinum globum hermeticè sigillatum, in quo liquores juxta elementorum ordinem quadruplici colorum varietate distinguuntur, permixtione vero confusi, tam pertinacis naturæ sunt, ut immediatè quilibet se in suam sphæram recipiat, verum quatuor elementorum Symbolum.

Arbor metallorum.

Arbor metallorum. Ludit mirificè Ars in rerum Natura, conterit, & ad minima reducit quævis metalla, quæ mira fermentatione fœta, ac vitreo vasi inclusa paulatim fermentationis incrementum percipiunt, atque in gratam arborem se hinc inde in vitreo vase dilatantem, & excrescentem degenerat. Talem arborem argenteam hic maxima cum admiratione vident & contemplantur.

Chamæleon aqueus.

Chamæleon aqueus. Ludit jucunda lifferentium aquarum præcipitatione *Author Musæi*; dum in differentes colores, liquores transmutat, eosdem alia mox alterius aquæ præcipitatione semper ad pristinum statum reducit, modo tali, ut duobus claris liquoribus mixtis, aureus evadat aquæ color, cui, si alias guttulas alterius indas, in atra mentum nigrescat; cui, si alterius speciei indas aquam, iterum se ad pristinam claritatem reducit. Aliis verò aquis claris primò permixtis in candidum lac se mutant, quarum tertia impositâ ambæ nigrescunt. Videtur igitur verè chamæleontum more quasque impressiones assumere, ac iterum dimittere, solaque simplici commixtione varios exhibere ludentis artis in rerum natura jocos; de quibus vide *Mundum Subterraneum*.


Fulmen & Tonitru Mechanicum.

Fulmen & Tonitru Mechanicum. Uti in Causarum & effectuum naturalium indagine ex professo & continuò desudat *Kircherus*, ita etiam conatur, mechanica imitatione & demonstratione naturæ effectus assequi. Quare, quæ in Meteoris, oculis nostris scintillantia fulgura ex vaporibus calidis & humidis generantur, aut auribus nostris per horribiles fragores objiciuntur, qualem igne fœta bombarda strepitum natura præstat, talem efficit exiguo instrumento quod Magnatibus advenis exhibere solet.

Pila est vitrea ad instar pisi quoad magnitudinem, quæ ad medietatem certo liquore repleta, carbonibusque accensis imposita, osculo hermeticè clauso, fracturâ talem strepitum & fragorem edit, ut præsentes vehementia sonitus, formidine perculsos quasi stupidos & attonitos reddere videatur, atque adeo fulgur, aut tonitrui vel explosæ bombardæ sonitum cum ingenti fragore exprimat.

Coro-

Cap. IX.



Coronidis loco, hoc in capite digreſſionem facio ad experimentum Hydrargyroſtaticum, quo plures Philoſophi in phyſicis vacuum admitti poſſe ſibi confidentius imaginantur, poſito ſequenti experimento. Eſto vas vitreum ſeu tubus oblongus qui in ſupremitate globum habeat, ex quo foramen canalis paulatim & ſenſim diminuendo excurrat. Repleto Mercurio globulo, alteri vaſi inverſo ora indatur, in quo etiam argentum vivum inſit, & ſenſim amoto digito orificium tubi in inverſione claudente videbis ergaſtuli vitrei impatientem Mercurium tumultuari, ſubſidere, rurſum attolli, donec vibrationibus continuatis laſſus ad quietem ſe componat, ita tamen, ut magnam tubi partem in A inanem relinquat, quod inane vacuum eſſe contendunt. Verum natura accuratius conſiderata, fateor ad explendum inane à Mercurio derelictum, peregrinum aërem non poſſe ſuccedere, cui ſi ingrediendi copia foret, id fieret per vitri poros; certè at nunc ratio non eſſet, cur Mercurius violenter ſuſpenſus non in ſubjectum vas rueret; fateor inſuper, neque per orificium fiſtulæ ſubingredi aërem poſſe, quem profunde in tubi fundo merſum, orificium, aër ne ſubintret, Mercurius occludit, ob anteriorem cauſam violentæ in tubo Mercurii ſuſpenſionis; Anne ergo in illo inani vacuum concedam? Abſit. Cum enim tenuiſſima quædam corpuſcula aërea omni mixto inſint, & Natura vacuum angue pejus oderit; Mercurius tam diu continuata agitatione vibrabitur, donec ei inſita corpuſcula ſeparata metuentis naturæ vi, ei in ſuperiorem partem tubi recipiant, ſicque Mercurium in medio aëre ſuſpenſum teneant.

Pars II.

PARS

PARS TERTIA.

CAPUT PRIMUM.

Numiſmata.

Varia Numiſmatum genera quà Sacra, quà Profana.

NUmiſmata quæ in eo aſſervantur ſunt nonnulla Samariticis notis expreſſa, quæ à Regibus *Iſraël*, quo tempore Samaritanus character familiaris fuit, cuſi ſunt. Alii quoque tempore *Joſue*, quidam *Samuelis*, unus *Salomonis* tempore ex excuſus videtur. Sicli itaque *Hebræorum* hîc aliquot aſſervantur, quorum primus in una facie urnam refert, ſive



formam vaſis, quod *Deus* ad perpetuum Mannæ præſtiti in deſerto beneficii monimentum in arca aſſervari juſſerat. Ut Exod. c. 16. *Et dixit Dominus ad* Aaron: *accipe vas unum & mitte ibi Manna, quantum Gomer capere poteſt.* Litera F in medio vaſis ſignificat ſiclum integrum; altera facies refert *Aaronis* Virgam, quam Deus in teſtimonium ſacerdotalis illius vocationis in conſpectu totius *Iſraël* florere voluit, de quo ſignatur fragmentum quoddam hiſtoriæ Samaritanæ. In ambabus faciebus hæ leguntur inſcriptiones שקל אישראל *Schekel Iſraël*, id eſt, *Siclus Iſraël*, & קדשה ירושלם *Kedoſcha Jeruſalem* hoc eſt *Sancta Jeruſalem.*

Secundus Siclus *Hebræorum* cum priore convenit excepta litera F. quæ



eſt ſuper catinum, cujus loco ſunt hæ duæ litteræ ש. ר. quæ ſignificant *Schekel David*, id eſt *Siclus David Regis.*

Tertiò Semiſiclus videtur, cujus una facies radium plantæ balſami re-



fert, in quo hæc inſcriptio legitur, *Mul Enghet*, id eſt *Circumciſionis tempore*, facies altera palmam exhibet, cum hac Epigraphe, *Menghabo*, hoc eſt *à pinguedine*, omnium vetuſtiſſimus tempore *Joſue* cuſus quando *Deus* præcepit filios *Iſrael* circumcidi, palma autem & planta balſami non incongrue Terram promiſſionis exprimunt.

Quartò Numiſma argenteum Aſſyriis characteribus inſigne in una fron-



te acerra odoramentorum, quâ ſacerdotes *Deo* adolebant, in altera vero ramum viridis amygdali eleganter exprimit. Sunt nonnulla alia Numiſmata quorum *Author Oedipi Ægyptiaci tomo* II. ſignificationem, ætatemque eorum diſerte explicat.

Numerantur inter antiquorum aut à Romanis Imperatoribus, aut ex Senatus conſulto cuſa Numiſmata ſymbolis, emblematibus, epigraphis, impreſſiis atque triumphis illuſtria, quæ omnia inter Rotæ verſatilis pluteos aſſervantur raro artificio conſtructæ, & con-

Pluteus Verſatilis VI tabulis conſtans in quibus Numiſmata conſervantur XII Cæſarum.

Cap. I. continet XII Imperatorum Numiſmata. Altera pars Numiſmatum modernorum conſervatur in receptaculo, cujus porta non vulgari artificio ſive dextrorſum ſive ſiniſtrorſum utrimque aperitur. Intra hujus receptaculi latibula jacent diverſorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Cardinalium, Principum, aliarumque Perſonarum illuſtrium Numiſmata: & Romanorum Pontificum quidem, *Julii* II. figuris Vaticana deſcripta reſtauratio. *Pii* IV. extructi portus centum cellis, ad urbis munitionem, monumentum. *Sixti* V. Navicula Petri.

Gregorii XIII. varia, quarum prima ejuſdem effigiem ex una parte geſtat, cum hac inſcriptione: *Collegium omnium Nationum Societatis* JESU *extruxit:* alterum latus hoc habet: *Sacerdos magnus in vita ſua ſuffulſit domum, & corroboravit templum, in diebus ipſius emanaverunt putei aquarum.* Alia ejuſdem cum ſua effigie laterum cum hac inſcriptione: *Seminans de benedictionibus, de benedictionibus & metet:* ina ltera facie hæc legitur inſcriptio. *Greg.* XIII P. M. *Collegium Soc.* JESU *omnium nationum ſeminarium pro ſua in Chriſtianam Religionem, & ordinem illum pietate à fundamentis extruxit & dotavit, anno ſalutis* cIↃ IↃ LXXXII. *Pontificatus ſui* X. Aliud ejuſdem ex uno laterum effigiem cum inſcriptione: *Collegium Soc.* JESU *omnium nationum gratia fundatum de religione & literis optimè meritum,* alterum latus *Moyſen* & duces populi *Iſrael* armatos effigiat. In alio ejuſdem Pontificis effigiem geſtante legitur: *Societatis* JESU *generale Collegium extruxit & dotavit:* altera facie fidei & bonarum artium ſchemata figurante legis, *Bonas artes alit & veræ Religioni ſubjicit* Gregorius.

A *Clemente Octavo* Annus Jubilæi.

A *Paulo Quinto* duo, quorum unum erectionem columnæ ante Liberianam Baſilicam, alterum ſacelli in eadem Liberiana Eccl. Pontificia Majeſtate extructæ memoriam ſymbolizat. *Pars* III.

A *Gregorio* XV. Numiſma ob apotheoſin ſeu canonizationem quinque Sanctorum venerabile.

Urbani VIII. merita & avitam gloriam ob centeſimum à Soc. JESU erectione religioſe celebratam cum hac inſcriptione: *Munificentia* Antonii Barberini, S. R. E. *Cardin. Camer. Societat.* JESU *anno centeſimo piè celebrato.* cIↃ IↃC XXXIX. V. *Calend. Oct.*

Innocentii X. memoria in Numiſmate propter reſtaurationem Romani Capitolii viget hocce in *Muſæo.*

Alexandri VII. reſtaurationem templorum Ariciæ, Pacis atque Panthei, in Aricia, Athenei Romani abſolutam fabricam præter Amphitheatri ante Vaticanum erectionem; & Cathedræ S. Petri tranſlatione in eodem Vaticano Hoplodochium centum cellis à fundamentis erectum, atque ejuſdem Civitatis munimenta ampliata continent.

Auſtriacæ Imperialis familiæ hic viſitur clara teſſara in Numiſmate in quo non minus Sanctos quam Auguſtiſſimos Cæſares *Ferdinand.* I. II. & III. coram Sanctiſſimo nomine JESU genuflexos conſpicis cum hac epigraphe clara, *In nomine* JESU *omne genu flectatur præſentium & poſterorum* Auſtriacorum. Auguſtum Auguſtiſſimæ *Auſtriacorum* monimentum, rarum Cæſareæ beneficentiæ in Societatis JESU familiam argumentum excuſum anno 1624. quo victis & triumphatis feliciter hoſtibus D. D. *Ignatio & Franciſco Xaverio Viennæ* extructæ fuerunt Eccleſiæ.

Galliarum Regis *Ludovici* XIII. & hîc extat memoriæ teſſera in Numiſmate, in quo ex una facie S. *Ludovici* effigies cum hoc effato, *Pro Sceptris aras dat tellus:* Deus *Aſtra.* ex altera vero viſitur frontiſpicium Eccleſiæ Societ. JESU *Pariſiis* ſuſcitatæ cum inſcriptione: Ludovicus XIII. D. G. Galliarum,

Cap. I. Francorum & Navarræ *Rex fundavit anno 1627.*

Leopoldi sereniſſimi *Auſtriæ* Archiducis pietate & manſuetudine clari, nec non ſinceræ Religionis cultoris hîc extat teſſera, dum in Numiſmate aureo quo ejus effigies & nomen radiat, ex alia verò facierum crucis ſignum quod lauri ramus frænum pendulum, quæ & myſticum ſeu hieroglyphicum Crucis ſymbolum notant, pedem autem Crucis ferus leo & mitis agnus ſtipant cum hac inſcriptione : *Timore Domini.*

Succedunt tres Eminentiſſimi Cardinalis *Ludovici Ludoviſii*, in quarum vera S. *Ignatii* effigies venerabilis eſt, cum hac inſcriptione : *ut ſapiens Architectus fundamentum poſuit quod eſt* Jeſus Chriſtus : altera facies : Ludovicus *Cardinalis* Ludoviſius S. R. E. *Vicecancellarius* Ignatio *cui* Greg. XV. P.O.M. *Patruus Sanctorum cultum decrevit, colendo templum extruxit*, anno MDCXXVI.

Alia Eccleſiæ frontiſpicium effigiat, cum hac circumſcriptione. Ludovicus *Cardin.* Ludoviſius *fundavit* : altera facies effigiem ejus ad vivum mentitur cum hac epigraphe : *fragilem arenam jacimus ut domum fundemus æternam.* Pars III.

Extat & memoria Eminentiſſimi Cardinalis *Alexandri Farneſii* Eccleſiæ & Domus profeſſæ *Romæ* Munificentiſſimi fundatoris.

Guilielmi Bavariæ Ducis & *Renatæ* uxoris effigies cum hac Epigraphe : *Bene fac domine bonis & rectis corde* : Pſal. CXXIV. altera facies ſic conſcripta, Guilielmus V. *D. G. Comes Palatinus Rheni, utriuſque* Bavariæ *dux*, & Renata Lothar. *ejus conjux hoc Societ.* JESU *templ. atque colleg. pro ſua pietate in Catholicam Religionem & Ord. illum piè à fundamentis extruxit & dotavit anno ſal. hum.* M D. LXXXV. Monachii.

Præterea plurima amuleta & Cabaliſtica ſigilla, magica & ſuperſtitioſa Numiſmata, quorum dilucidatio & ridicula vanitas partim in *Oedipo*, maximè verò in *Arithmologia* deſcripta, explicata & refutata legitur. Videtur & hic confuſus variorum antiquorum acervus Numiſmatum.


CAPUT II.

De Muſicis Inſtrumentis.

Cap. II. ANtequam de Muſicis inſtrumentis agam : omittere nequeo quod condigno calamo ſat celebrare non poſſum. Muſicæ illud magnum Muſurgiæ opus, quod alterius partus ingenii eſſe non poterat, quam viri qui humanarum ſcientiarum perfectionem & panſophiam adeptus adhuc, inaudita hucuſque muſicæ arcana detexit. Quis niſi ille Muſicam è numeris Algebricis evolutam : mirificis quibuſdam regulis ita conſtrinxit, ut quiſquis etiam prorſus Muſicæ imperitus dato verborum textu quaſlibet Melotheſias tali artificio componere queat ; ut errare non poſſit. Loquor de ciſtula Muſurgica, quam ſapientiſſimus inventor toto libro VIII *Artis Magnæ Muſurgiæ* ſive *conſoni & diſſoni* à fundamentis docet, deſcribit, & dilucidat, methodo adeo facili, ut innumeros habeat artis hujus diſcipulos in hunc uſque diem. Hanc non ſolum complures Principes ſed & *Alex.* VII. Pont. & *Ferdinand.* III. Cæſar in praxim deduxit, eo ſucceſſu ut quas compoſuerat melotheſias publico applauſu, ille *Romæ*, hic *Viennæ* experimenti cauſa decantandas juſſerit.

Plura præterea inſtrumentorum genera in hoc *Muſæo* aſſervantur ; maximè verò talia, quæ per neglectum jam fere

Cap. II. fere oblita erant, ut ſunt, Plectra, Muſetæ, Pſalteria, Litui, Cornamuſæ, quæ tamen hodie partim voraci temporis injuria perierunt; partim ob loci anguſtiam aliò tranſlata, diſtracta, & neglecta ſunt. Superſunt duo ſolùm, organum ſcilicet, quod Cylindro automato ex regulis Muſurgiæ animatum ſe ipſo advenis alludit eoſque feſtivo excipit plauſu, refertum diverſarum volucrium, utpote, cuculi, luſciniarum, anatum cantu, nec non cymbalorum ſtrepitu & ſonoro clangore ſtridulum, denique poſtquam omnis concentus conticuit, è medio organi vertice per aërem dyſcolus globulus aliquantiſper volitat; qui paulatim ſubſidens ſe intra organi ſui receptaculum recipit, jucundum viſu ſpectaculum. *Pars* III.




Supereſt inſtrumentum Æolium quod ſine ullo humano contactu, ſolo fortioris venti impulſu chordas radentis, adeo vagum ſoni genus efficit, ut neſcio quibus modis ſola naturæ induſtria auditores ita mirificè abripiat, ut mox campanarum clangorem è longinquo ſe percipere autument, mox videantur ex ſufflatu organi tibias ſonantes audire. Dubios mox relinquit auditores an experti cujuſdam Citharœdi ludentis jocos ſonoros percipiant. Ex *Authore* hæc conſtruendi præſcribitur ratio *lib.* IX. *de Magia Phonotactica Machinamento* X. & in *Phonurgia* fuſius deſcripta. Ex ligno Tiliæ reſonantiſſimo, quibus fidicina inſtrumenta confici ſolent, inſtrumentum conficiatur quinque palmos longum, latum duos, profundum unum; hoc inſtrumentum 15 chordis æqualibus ex animalium inteſtinis, vel etiam pluribus paucioribuſque inſtruas, modum concordantiæ docet eſſe debere, non per tertias, aut ſecundas, ſed debent accordari ut omnes chordæ in uniſono, aut per octavas uniſonæ, aut omnes in uno tono concordes ſint. Modus porro applicationis talis ſit, ut ubi ventus ſpirare maximè ſolet, per ſtrictiſſimam rimam valvularum aut portarum cogatur tranſire, cui rimæ retroponatur inſtrumentum, ut neceſſario ventus chordas radere queat. *Author* abſque ulteriori diſpendio feneſtras aperit, atque valvis feneſtræ ſemipalmari ſpatio apertis, queis Æolium inſtrumentum inſertum adeo inſolitum harmoniæ genus exhibet ſolius venti impetu, ut nemo, niſi arcani conſcius, unde ſonus ille harmoniacus exoriatur, ne conjecturâ quidem conſequi poſſit. De quo vide *Muſurgiam* X. *lib.* & *Phonurgiam* ultimo editam.

CAPUT III.

De Thermoscopiis, Smicroscopiis, Psychroscopiis.

THermoscopium instrumentum est quo Philosophi motum aëris quoad qualitates seu gradus caloris & frigoris, seu etiam humidi & sicci sensui oculorum dignoscibilem reddere conantur, & varii varia adferunt. Primò hujus artis inventores



Philosophi vas vitreum longioris colli parabant, quod repletum alteri phialæ aquâ repletæ inverso ore indebant, quo fiebat globus vitreus qui ex superiore parte erat vacuus aqua in canali ex aëris in globi contenti rarefactione, vel condensatione mox deprimeretur calore, vel frigore attolleretur, hujus formæ passim visuntur varia ubique, sed valde imperfecta; primò ex eo, quod gradus caloris & frigoris nulla certa ratione dimetiantur, sed totum canalem distribuunt in æqualia spacia non attendentes an in hieme summâ ad supremum gradum pertingere possit, aut non. Ut itaque perfecta praxis habeatur, primò experiare velim, quousque aqua ascendere aut descendere possit, quod melius non præstabis, quam si, quousque in maximo frigore attollatur, aut in maxima æstate deprimatur aqua in canali, observâris, tum signatis extremitatis punctis intermedia spacia (si canalis ubique sit æqualis crassitiei) in 4 æqualia spacia divide principaliter, nam licet 4. aut octo assignentur primarum qualitatum gradus, hi tamen eum ob diversarum exhalationum ex mutatione agentis extrinseci veluti causas alterationi maxime obnoxias uti dixi studiosè observabis, tunc subdivide horum quatuor graduum quemlibet bifariam; signo tamen tali, ut notabilis sit graduum differentia, harum insuper partium quamlibet si proportionem quantitatis discretæ seu successivè immutare velis in 3. & habes decades minutorum, aut 6. & habes quinarium numerum minutorum, si verò proportionem quantitatis continuæ sequi tibi consultius visum fuerit, imagineris tibi quemlibet 4. graduum spacium palmare explere; ergo quodlibet in 12 uncias harum quamlibet in 5 minuta subdividendo habebis complementum 60 minutorum, quamcunque elegeris harum quantitatem, bene feceris. Disce hîc quam prudenter veteres sapientes ultimas dignoscibiles differentias quantitatis tum continuæ, tum discretæ determinaverint. Qualitatem liquoris quod attinet, quo magis defæcatus fuerit uti quinta essentia *Vini*, eo perfectius evadit thermometrum. Dixi si canalis æqualis sit; cum plerumque soleant canales inæqualis crassitiei errori esse obnoxii. Nam ubi tubus fuerit amplior, etiam plus spacii aut temporis seu intensionis graduum indicandæ insumit, quam

Cap. III. quam si in tota sua longitudine æqualis esset. Verùm de hisce pluribus actum vide à P. *Kirchero in Arte Magnetica*, cæterisque operibus.

De Instrumento humidi & sicci gradum notante.

TErtio modo Psychrometrica fiunt, quibus gradus humidi & sicci, sensibiliter visui redduntur agnoscibiles, quorum variæ species excogita-



tæ, paucæ tamen in usum reductæ. Horum ratio sumitur ex ambiente aëre, aut humido aut sicco, qui quorundam corporum superficiem radens, eos suæ qualitatis communicatione afficit. Corpora autem huic impressioni magis congrua sunt stipula avenacea & similia. Inter artificiata verò omnis generis chordæ sive ex fibris plantarum quorundam excerptæ & contortæ, aut etiam (quæ & maximæ sunt activitatis) ex animalium intestinis contortæ fides. Hujusmodi instrumenta quæ humidi & sicci gradus terminant, hîc tria conspiciuntur, quorum primum in superficiem gradibus suis distincta avenacea stipula veluti indice quodam, *Pars* III. tenui fulcro leviter insistens, in qui-



buscunque locis constituto vase gradus humidi & sicci pro varietate temporis demonstrat. Alterum intra Crystallini globi graduatam circumferentiam indice stipula ex quacunque materia, ex chorda fidicina, quæ contorta, vel constringendo, vel dilatando siccum & humidum, pendula, una secum indicem trahit. Tertium in Nauticæ pyxidis formam, planam scilicet superficiem in 60 primaria minutorum spacia dextrorsum & sinistrorsum divisa, intra fixi circuli indice mobili gradus sicci & humidi demonstrat, cujus figuram vide in *Arte Magnetica Kircheri*.

Instrumentum perpetuo motum rarefactionis, &c.

His Instrumentis intra naturæ arcana natis succedunt alia mechanica permixta, quæ scilicet iisdem innituntur principiis, extrinsecus pulcro decore adornata. Atque ex hisce videtur unum in quo motu rarefactionis aut condensationis ex metu vacui sublata aut depressa aqua, quæ in exteriori canali continetur cum desuper levigato corpore innatante, per annexam chordam, quæ circa Cylindrum convoluta, suberis levissimi innatantis super aquam pondere in exteriori

Cap. III. circulo per axim indice instructam vel horas, vel humidum & siccum demonstrat, ex quibusdam puteis, qui ad diversa anni tempora aqua plus, minusve replentur, fieri potest thermometrum quod continuo motu quatuor anni tempora distinguat, quinimo ad certa interdistincta spacia (si executor mechanicus accuratus fuerit) sono campanulæ graduum aut anni mutatum tempus sonoro strepitu accidisse commoneat, sicque in sphæra vitrea caloris & frigoris gradus distinguuntur, de quibus vide *Kircherum*. Pars III.

CAPUT IV.

De Horologiis.

Cap. IV. AD quinque species reduci possunt Horologia, vel enim primò sunt Clepsydræ. Secundò Sciaterica seu Solaria. Tertiò Hydraulica. Quartò Sympathica: & demum Mechanica. Singulorum horum aliquot in *Kircheriano Musæo* inde passim distributa cernuntur.

Clepsydræ sunt instrumenta, quibus temporis continuatio in æqualia & arbitraria spacia dividitur per æqualem



portionem aquæ aut arenæ, quæ continuo per proportionata horis metiendis spatia & per foramina labitur, ut aqua depleta instrumento revoluto, denuo per tempus æquale priori temporis spacio defluat. In horum fabrica requiruntur duo vitrea vasa, quæ ligneo aut metallino septo conservantur, æqualitas arenæ aut aquæ, proportionatum foramen, & juxta quantitas: qualitas arenæ illa optima est, quæ siccioris & gravioris ponderis est; aqua vero sit defæcatissima. Ex quibus una machina videtur, quæ non solùm horas demonstrat, sed & insuper in altam fontis asperginem erumpit.

Solaria seu *Sciaterica* sunt horologia quæ ope umbræ, aut solaris radii horarum æqualia spatia determinant, quorum construendorum methodum & rationem *toto tomo in Arte Lucis & Umbræ* adeo fusè, doctè, & perspicaciter tractavit suo more *Author*, ut omnes, quotquot hac de re scripserunt usque ad hæc nostra sæcula antecellat, facilitate, prolixitate, & variata applicatione, nec solùm horas determinare docuit, verùm totius primi mobilis doctrinam diversimodè ex umbræ fugacis indicio infallibiliter determinare docuit, nec hæc solùm in horizontalibus planis aut verticalibus rectis, sed in quibusvis irregularibus, obliquis & inclinatis superficiebus, triplici radio, recto, reflexo, & refracto, tum horas tum reliqua ad motum Solis, & effectus demonstrare docuit, de quibus vide opus *Artis Magnæ Lucis & Umbræ*. Horum magna copia in dicto *Musæo* ostenditur.

De

Cap. IV. *De Horologiis* Muſæi.

Horologium pendulo indicans horas.

AD deſcriptionem Horologiorum quæ *Muſæum* adornant, redeo, habet itaque primo loco pendulum horodicticum, qui per ſpeculi diaphanum ſpatium horas monſtrat, ſubtus verò penduli extremitate affixo genio, ſeu Angelo agmen ludentium puerulorum in theatro catoptrico intus adornato repræſentat.

Horologium anacampticum.

Adeſt ſecundo loco refractum Horologium quod horas uſque ad duodecimam in grande ſpeculum tam dextrè refringit, ut nuſquam compareant numeri, ſed horas in grande ſpeculum reflexas, juxta temporis horarii conſtitutionem oſtendit.

Horologium rotale Muſicam ſonans.

Horologium, quod præmiſſo hymno horas ſonat.

TErtio loco adeſt Horologium & multi laboris & induſtria conſpicuum, quod præter horas quas deſcribit, prævium, antequam ſonet, canticum, *Salve Regina*, per octodecim differentium notarum campanulas, & loco mediarum horarum hymnum, *Ave maris ſtella*, ſuaviſſima ac exacta melodia auribus præludit.

Horologium Aſtronomicum.

Quarto loco extat Horologium aliud, quod verè Theatrum mundi ac temporis vocari poteſt. Horologium quippe eſt ſimpliciſſimum quoad partis intrinſecæ compoſitionem, ſed univerſaliſſimum in applicatione, in hoc præterquam quod prima & ſecunda minuta horaria in ſuis privatis circulis deſcribat, etiam univerſi terraquei globi, cœleſtiumque ſphærarum motum ſcitiſſimè, præterea horarum Italicarum, Aſtronomicarum, & antiquarum concurſum toto anno exactiſſimè demonſtrat, quot videlicet minutis quotidie creſcat, aut decreſcat dies, quodnam quotidie ſit punctum meridianum in horis Italicis, quæ ſint puncta ortiva, & occidua, in horis Aſtronomicis, quis ſit arcus ſemidiurnus, quibus partibus mundi, quove temporis momento ſit meridies, quibus ortus, quibus occaſus. Sic quoque in cœleſti Sphæra Zodiaci ſigna perluſtrando ingreſſum & progreſſum, ac egreſſum Solis ab uno tropico ad alterum fideliſſimè & abſque omni errore indicat. Eſt itaque Horologium iſtud aſtrolabium in figuram parallelogrammam reductum, atque in Cartam Geographicam in quibus circuli cœleſtes ad parallelas lineas reducti totius ſphæræ & globi terreſtris ſymmetriam ſitumque exhibeat. Index porro qui has vices ſubit non circulari progreſſu movetur, ſed per lineam rectam, quæ eſt haſta quam manu tenet figura *Saturni* quadrigæ inſedentis, eſt itaque indicis loco auro fulgens & conſpicua quadriga, quæ ad motum Horologii inſenſibiliter per lineam rectam ab ortu in occaſum procedendo 24 differentes meridianos perluſtrans omnes enarratos effectus, ſcitè deſcribit; cujus Horologii accuratam deſcriptionem ac demonſtrationem privatim luci dabo.

Pars III.

Omitto hic *Aquatica Horologia*, utpote quæ ad ſuam claſſem potiori jure ſpectant: ſolùm addo, quod nobiliſſimum hoc *Muſæum* novo Horologii additamento brevi ditabitur. Eſt in procinctu lampas, ſcilicet horometra, quæ abſque omni alio ſuperadjuncto tam diu, quam oleo fota durat, lychnoque accenſo horas deſcribat; cujus certitudinem praxis experientia jam edocuit, quæ & publicæ luci deſtinata merito hujus celebris *Muſæi* mirandis raritatibus conferti ſacro igne ut eluceſcat Deo dante conſecrabitur. Quicunque curioſiora hujus generis deſiderat, is adeat *l.* x. *Artis Magnæ Lucis & Umbræ*, *partem primam, per multa capitula.*

Lampas horodictica.

CA-

CAPUT V.


De Mobili perpetuo apparente.

MOtus entium Physicorum effectum & passio est, & ab *Aristotele* definitur actus entis in potentia prout in potentia, ab universa Philosophorum schola recepta. Dividitur in instantaneum, & successivum; violentum & naturalem: his præpositis de possibilitate dabilis motus perpetui inquiritur, in quo tot jam sæculis plurima Philosophorum, Mathematicorumque ingenia desudarunt, & dum operam oleumque perdidere vana spe delusi, se naturæ principia non intelligere, etiam inviti fateri coacti sunt.


Dico itaque nullum in rerum natura mobile, purum, artificiale reperiri, quod naturâ suâ perpetuò durare possit. Et primò quidem, omne esse physicum naturaliter ad sui perfectionem tendit, ut, velut in suo fine seu centro, quiescat, ergo potentia motiva non nisi in ordine ad quietem, & per consequens à termino *qui* directè perpetuitati contrariatur, declinat. Secundò, motus est vel naturalis, vel violentus: si primum, non erit Mechanicus; sin secundum, ab extrinseco orietur, ergò erit actio contrariorum. Hæc actio si mobili æqualis est, quies orietur; vel si major, aut instantaneè, aut successivè agit: si instantaneè, qua ratione perpetuò durabit? si successivè, quænam est hæc perpetuò motiva virtus? Tertiò, motus naturalis differt à violento, eo quod à principiis contrariis oriantur, quis ergò hanc principiorum contrarietatem pacifica quiete uniet, ut motus perennitatem acquirat? Quartò, omnes scholæ conveniunt nihil agere in se ipsum, qualiter ergò movens perpetuò agitabitur, si non à principio intrinseco moveatur, & qualiter motum urgere poterit, & non in se ipsum agere. Acquiescamus itaque & concedamus, naturam ab arte excoli posse, non superari: concedamus ergò soli naturæ rationem perpetuò mobilem, si tamen salvo & tuto sacræ scripturæ sensu perpetuas credere possumus res naturales. Motus perpetui differentia experimenta in suo *Musæo* exhibebit *Kircherus*, quibus motum perpetuum non tam asseverat, sed reprobat. Nec credat quispiam ullum duraturum semper motum in puris Mechanicis principiis dari posse, si non ad aliquod movens naturale confugiat. Unde dico nullum naturæ ope mechanicum motum abstrahendo à consumptibili materiæ conditione perpetuari posse.

Quare ad experimenta *Musæi* consideranda progredior, & primò Hydrostatico experimento demonstrabo, quam contumax naturæ genius nobilissimis ingeniis hactenus restiterit, omniumque operam eluserit, seseque tantum obfirmârit, ut nullo conatu, nullis precibus, nulla Machina ad perpetuandum motum flecti possit. Unde *Author* his verbis primum experimentum describit. Esto vas R S aqua plenum, in eoque plantata rota P Q haustris suis instructa, & circa axem O volubilis, erigantur è vasis fundo, aut lateribus binæ trabes T V & X Y. supra trabem T V statuatur aliud vas D C discriminatum tubulo & epistomio B. tribusque aut pluribus canalibus prope C instrumentum, è quibus aqua supra haustra attolli possit. Trabi vero X Y innectatur trabecula seu hasta transversa M X tali artificio, ut X circa axiculum velut circa polum elevari possit facile ac deprimi, adhæc præ-

Cap. V. præparetur antlia, quæ *tromba* vulgò dicitur, in cujus vaſe inferiori S. fiat modiolus ſeu mortariolum ſuo in fundo habens platiſmatium H. quod aperiri & claudi verſus inferiorem modioli partem poſſit, fundus tamen modioli hujus non debet contingere fundum vaſis S. fiat deinde piſtillum L K. extremitate ſua L annexum tranſverſæ haſtæ M X. ita tamen ut circa claviculum L revolvi ſine violentia poſſit; piſtillum verò K exactè impleat capacitatem modioli, oleoque perungatur, ut facile ſurſum, deorſum infra ipſum modiolum moveri poſſit. Ex fundo modioli G derivet canalis I E A ex forma quam figura monſtrat, habens apud I platiſmatium, quod verſus interiorem partem aperit, tandem incurvetur axis O N. rotæ ut vides, & extremitati inſeratur haſta N M. quæ circa axiculum in M volvi poſſit facillime; his itaque paratis nihil reliquum eſt, quam ut vaſi A infundatur aqua, & aperto epiſtomio B in ſubjectam rotam defluat; impleta enim ſenſim hauſtra rotam non difficulter circumagent, hæc verò ſubfixam ſibi circa axem haſtam ſurſum, deorſum attollendo, aut deprimendo aquam in ſubjecto vaſe exhauriet beneficio piſtilli, perque canalem ſeu tubulum in vas ſuperius impellet. Sed magnus Apollo erit, qui tantundem aquæ, quantum deſcendit, aſcendere efficiet, ego tamen hydroſtatico huic machinamento hoc appendo. *Nemo melius iſthoc.* *Pars* III.



Secundo loco occurrit cochlea Archimedea qua relicto elemento fluido, loco ejus ſubſtituti ſunt tot metallini globi, quot convolutionis Spiræ in totius cochleæ altitudine ſunt; hujus ope continuò unus globulorum per extrinſeca circum cochleam convolutam ſemitam vagus labitur donec præcipitato fluxu in cochleæ tenaculam impingendo eam denuò exoneret, ac per integram circulationem convolvat; qua convolutione peracta denuò novus globulus excurrit, prior verò ſe in cochleæ ſpiram infimam recipit, unde per novas convolutiones deſcendendo aſcendit, atque ſic continua alteratione novi globuli excurrendo jucundum viſu præbent ſpectaculum, verum hujus machinæ operatio niſi in praxi videatur, difficulter intelligitur.



CAPUT VI.

De Lusu Globulorum.

Cap.VI. SUbstituto tertio loco machinam tripartitam, cujus lusus, quem globulis efficit, ob occultum motus principium etiam peritissimos quosvis Mathematicos, in sui admirationem rapit. Occupat hæc tripartita machina integræ fenestræ spatium, cujus ima pars in forma cubica tripalmare spatium complet, intus verò vacua pars rationem motus continuat, plana porro ejus frons eleganter in Optica porrectione sylvas, flumina, montes, valles, colles, hortos, & id genus ingenioſi penicilli argumenta refert, in summitatis medio vertice quà limbum spectat, & ostiolum à quo continuatus trames extra verticale planum modice (scilicet ad globulorum diametrum)

C. VII. metrum) prominet ad imum uſque plani per oppoſitos hinc inde alternatim flexus per declives excavatorum canalium ſemitas deſcendit, & alio inſequente prior reaſcendit & hoc quam diu pondere in motus agitantur. Utriuſque figuram hîc apnendam duximus. *Pars* III.



Occurrit his in nulla ignobilior alia machina rotatilis, quæ ſuper concavum tubum Helicem contortum firmiter annexum geſtat, ex cujus medio globus ſurſum latus ſinuoſo flexu per helicis ſpiras circumcurrens ſe intro tubi latibulum recipit, unde nova rotarum convolutione denuo ſurſum latus priorem ſemitam docto motu percurrit, donec ſublatus globus tota machina immota manens otioſe feriatur, uſque dum iterum expoſitum helicis ſemitis globum ſubſequatur, delapſumque globum officioſè attollat.

Cap. VI. *Machina Vaticinatrix.* Addo hîc machinam divinatoriam qua ad progreſſum unius ſtatuæ in linea recta ad diverſa interdiſtincta ſpatia cœleſtium planetarum characteres arbitrarios ſtare juſſa ſtat, & duo Genii ſeu Angeli cerei vitreo circumſepti globo ſuis fulcris pari motu ſe in ſphæræ centro contorquentes cum ſuis indicibus quos ceu lancem in manu geſtant, ad cognomina ſigna in ſphærarum circumferentia inſcripta, ſe quoque ſiſtunt, etiamſi unus ab altero per decem palmos diſtet, uterque autem à magica ſtatua per palmos quinque. Hac ratione tota Aſtronomia divinatoria includi poteſt, cum tanta induſtria, ut curioſus hominis actus & paſſiones morales, puta virtutes, & vitia, inclinationes, averſiones, odia &c. tibi palam exponat legenda, quæ, etſi non niſi ſuſpectas artes apud imperitos arguat, id tamen ſimplici artificio, & infallibili perficitur. *Pars* III.

CAPUT VII.

De Oraculo Delphico.

C. VII. *Oraculum Delphicum.* MAximum artis Machinamentum meritò in ultimos miſſus diſtulimus. Habet *Kircherus* tubum in ergaſterio cubiculi ſui ita diſpoſitum, ut janitores eum ad portam vocaturi non onus ſubeant remotum ejus cubiculum adire, ſed in porta, qua in hortum domeſticum aditus dabatur in libero aëre exiſtentes, ac ordinaria voce clamantes eum pro exigentia negotii vocare ſolebant, quorum omnium verba non ſecus ac ſi in cubiculo præſentes eſſent, percipiebat, eodemque tenore reſponſum per dictum tubum dabat, nec quicquam in horto altius dici poterat quod is in cubiculo ſuo exiſtens non audiret, in remotiſſima quoque ſpatia per tubum, quæcunque volebat, ſignificabat. Hunc itaque tubum poſtea in *Muſæum* tranſtulit, & ſtatuæ tali arte inſeruit, ut ſtatua quaſi vitam ſpirans ore aperto, motiſque hinc inde oculis loqui videretur; huic ſtatuæ nomen dedit, *Oraculum Delphicum*, nam quemadmodum veteres Sacerdotes *Ægyptiorum Græcorumque* per hujusmodi tubos ori Idolorum inſertos ingenioſo dolo, Oraculum conſulentes decipiebant, & homines ſuperſtitioſos ad opimas oblationes faciendas ſollicitare ſolebant, ſimpliciores verò animi, veluti divina voce moniti, id quod jubebatur, magno utique Sacerdotum emolumento præſtabant; ut hanc fallaciam detegeret *Kircherus*, ſimilem ſtatuam fieri curavit, eo, quo deſcripſi, ſitu & forma. Erat hic tubus ad 30 pedes à ſtatua diſſitus. Quidquid igitur *Titius* v. g. ori ſtatuæ conceptis verbis immurmurârat, id *Sempronius* oppoſito ſtatuæ orificio tubi aure applicata aſſiſtens, ad ea, quæ audiebat, quacunque lingua applicato ore reſpondebat, quæ res ſpectatorum animos adeo attonitos tenebat, ut neſcio cujus magicæ artis incantamento adſcriberent, eo quod captum humanum longè excedebat, ſiquidem ex ore ſtatuæ prodeuntia verba audiebantur quidem, ſed unde provenirent, neſcii, ſollicito animo quærebant, num quiſpiam retro ſtatuam abſconditus loqueretur, neque à ſiniſtra hac ſuſpicione liberari potuerunt, niſi tunc, cum iis artificium aperiretur. Deſcripta habetur hæc machina loquens in *Phonurgia*, quæ noviter prodiit in lucem occaſione Tubi quo ad complura milliaria reciproco correſponſu curioſi loqui poſſunt: quam quidem inventionem nonnulli falsò ſibi adſcribunt, ſed in dictæ *Phonurgiæ* opere compluribus argu-

C. VII. argumentis multiplici virorum doctorum teſtimonio de arrogatæ ſibi inventionis falſitate convincuntur.

Habes hîc, benigne lector, quod quidem orbis, ſtudiorumque rerumque novarum avidi, jam dudum exoptarunt opuſculum, quod licet è duriori profluxerit penna aut obſcurius dictum ſcriptumque ab Executore mechanico tentatum fuerit, æqui bonique tamen conſulas velim, malui enim id germano more, fideli, ſincero & candido ſtilo erudito orbi conſcribere, quàm verborum ambagibus aut obſcurare, aut blando ſtilo & adulatorio id exornare. Neque enim mearum virium eſt, nec tentare auſim meritis *Kircheri* adeò toto orbi noti quidpiam (cùm incapacitatem ingenuè fatear) addere; ſed ſolummodo nota mundo ejus erga me merita in hoc manifeſtanda duxi, quibus ne totaliter ingratus ſim, inclytè te obteſtari velim, lector benevole, in hoc conatu non tam meum laborem quàm *Kircheri* merita intuearis. *Pars* III.

CAPUT VIII.

ELENCHUS LIBRORUM
A
P. ATHANASIO KIRCHERO,
E SOCIETATE JESU

Hucuſque editorum, aut, favente Deo, impoſterum edendorum.

Quibus nota † appoſita, ſignificat
Illa vel ampliùs non reperiri; vel, quamvis parata, nondum tamen impreſſa eſſe.

C. VIII. † 1. *Magneſia* ſive Concluſiones experimentales de effectibus Magnetis, edita *Herbipoli*: *Anno* 1630. in 4.

† 2. *Gnomonica Catoptrica*, ſive Horologiographia reflexa, quâ per ſpecula totius primi Mobilis doctrina, horarumque ductus in interioribus Domuum parietibus delineati, radio reflexo demonſtrantur. *Avenione anno* 1634. in 4.

† 3. *Specula Melitenſis Encyclica*, hoc eſt, Syntagma novum Inſtrumentorum Phyſico-Mathematicorum. *Meſſanæ anno* 1638. in 8.

† 4. *Prodromus Coptus*, in quo tum linguæ Coptæ, ſive Ægyptiacæ, quondam Pharaonicæ origo, ætas, viciſſitudo, inclinatio, tum hieroglyphicæ literaturæ inſtauratio, nova methodo exhibetur. *Romæ anno* 1636.

5. *Ars Magnetica*, quâ Magnetis natura, ejuſque in omnibus uſus explicatur, ac præterea è viribus Magneticarum Motionum in Elementis, Lapidibus, Plantis, Animalibuſque eluceſcentium, plurima nova hucuſque per varia experimenta recluduntur. *Romæ* primò, in 4. dein *Coloniæ*. Ultimò iterum *Romæ* pluribus aucta *anno* 1654. in folio.

6. *Lingua Ægyptiaca reſtituta*, quâ Idiomatis primævi Ægyptiorum Pharaonici vetuſtate temporum penè collapſi, ex abſtruſis Arabum monumentis inſtaura-

C. VIII.

tio continetur. *Romæ anno* 1643. in 4.

7. *Ars Magna Lucis & Umbræ*, in duos Tomos divisa, quâ Lucis, & Umbræ in Universa Natura vires effectusque, nova reconditorum speciminum exhibitione, ad varios rerum usus panduntur. *Romæ anno* 1646. in folio, quæ nunc multiplici novarum inventionum augmento denuo prodiit à *Joanne Janssonio à Waesberge*. *Amstelodami anno* 1671. in folio.

8. *Musurgia, sive Ars Magna Consoni, & Dissoni*, qua Musicæ Theoricæ, qua Practicæ scientia traditur: Consonique & Dissoni vires effectusque mirabiles in Natura, in omni penè facultate demonstrantur. Opus in duos Tomos divisum. *Romæ anno* 1650. in folio.

9. *Obeliscus Pamphilius* in foro Agonali (vulgò *Piazza Navona*) erectus: in quo Veterum Theologia hieroglyphicis involuta symbolis detecta è tenebris in lucem asseritur. *Romæ anno* 1650. in folio.

Oedipus Ægyptiacus in quatuor Tomos divisus, quorum

10. *Primus* dicitur *Templum Isiacum*, quo ad originis, progressus, durationis, Ægyptiacæ sapientiæ, ac Hieroglyphicæ institutionis notitiam portæ reserantur. *Romæ* 1652. in folio.

11. *Secundi Pars prima*, dicitur *Gymnasium Ægyptiacum*, quo veterum Hebræorum, cæterorumque Orientalium recondita sapientia, temporum injuria perdita, per contextum sacrarum sculpturarum demonstrata instauratur. *Romæ* 1653. in folio.

12. *Secundi Pars secunda*, Variarum Artium veteribus Ægyptiis usitatarum Classes continet, & sunt *Pars* III. Arithmetica, Geometria, Musica, Astrologia, Mechanica, Alchimia, Magia, Theologia Ægyptiaca, unà cum hieroglyphicis exhibita. *ibid.*

13. *Tertius* dicitur *Theatrum Hieroglyphicum*, & continet Obeliscorum, cæterorumque Hieroglyphicorum monumentorum, quę tùm Romæ, tùm in Ægypto, ac celebrioribus Europæ Musæis adhuc supersunt, interpretationem. *Romæ* 1654. in folio.

† 14. *Iter Extaticum Cœleste*, sive Mundi Opificium, quo Cœli siderumque tam errantium, quàm fixorum natura, vires, proprietates, compositio, & structura sub ficti raptus integumento ad veritatem exponitur. *Romæ anno* 1656. in 4. Postea à *P. Gaspare Schotto* variis commentationibus illustratum, prostat *Norimbergæ*.

† 15. *Iter Extaticum Terrestre*, sive Geocosmi Opificium, quo Terrestris Globi structura, arcanarumque in ea partium constitutio, figmento ad veritatem composito exponitur. *Romæ* 1654. in 4.

† 16. *Scrutinium Physico-Medicum*, sive de Peste, quo ejusdem origo, causæ, signa, prognostica, & insolentes malignantis Naturæ effectus, & appropriata remedia demonstrantur. *Romæ* 1658. in 4. & *Lipsiæ* recusum sub forma 18.

† 17. *Diatribe de Crucibus Neapolitanis*, quæ ibidem, tum supra vestes hominum, tum potissimum supra Lini supellectilem, paulò post ultimum Vesuvii incendium comparuerunt. *Romæ* 1661. in 8.

† 18. *Polygraphia*, sive Artificium linguarum, quo cum omnibus totius

C. VIII.

tius Mundi Populis, & linguis, unusquisque, licet non alia, quàm materna lingua instructus, correspondere posse demonstratur, cum multis aliis ad Steganographiam Trithemianam pertinentibus arcanis. *Romæ anno* 1663. in folio.

19. *Mundus Subterraneus*, in quo universæ Naturæ Majestas, & divitiæ, summa rerum varietate, exponitur, abditorumque effectuum causæ in totius Naturæ ambitu eluceſcentes duobus Tomis demonstrantur *Amstelodami* 1664. in folio. & denuo multa auctior 1678. ex Officina *Janssonio-Waesbergiana.*

21. *Historia Eustachio-Mariana*, qua Vita, Genealogia, & Locus Conversionis S. Eustachii, nec non Ecclesię jam in Urbe, quam in eodem Conversionis loco, Deiparæ, & S. Eustachii à Constantino Magno dedicatæ origo describitur. *Romæ* 1665. in 4.

22. *Arithmologia* sive de occultis Numerorum mysteriis, quâ origo, antiquitas, & fabrica Numerorum exponitur, eorumque abditæ proprietates demonstrantur, & fontes superstitionum hoc tempore currentium aperiuntur, & acriter confutantur. *Romæ* 1665. in 4.

23. *CHINA* monumentis quâ sacris, quâ prophanis, illustrata, in qua de admirandis Artis & Naturæ in triplici ejus regno spectaculis, aliarumque rerum memorabilium, tum de China, tum de Tartaria, vicinaque India enarrationibus fusè agitur. Opus ob incognitarum hucusque rerum novitatem, rarum, & curiosum. *Amstelodami* 1666. in folio, lingua Latina, Gallica 1667. & Belgica 1667. editum.

24. *Obelisci Ægyptiaci* præterito anno *Pars* III. intra rudera Templi Minervæ effossi Interpretatio hieroglyphica, nova methodo tradita. *Romæ* 1666. in folio. & *Obeliscus Alexandrinus* dicitur.

25. *Magneticum naturæ Regnum*, sive de triplici magnete, in 4. *Romæ* 1666. recusum *Amstelod.* in 12.

26. *Ars Combinatoria*, *sive Ars magna sciendi*, qua Ars Lulliana restituitur, & ad omnes Artes, & scientias facili methodo addiscendas, nec non de quocumque argumento proposito, discurrendi porta aperitur. *Amstelodami.* II. Tomi in folio *anno* 1670.

27. *Latium Priscum*, quo ejus origo, situs, natura, urbes, montes, lacus, monumenta veterum æquo cum præcedenti passu curiosè describuntur. *Amstelodami* in folio *anno* 1671.

28. *Archetypon Politicum* ex numismate extractum, & dicitur, *Splendor domus Joanniæ*, quæ est una ex perillustribus, & antiquissimis Hispaniæ familiis. *Ibid. anno* 1672. in 4.

29. *Arca Noë*, qua architectura, & fabrica Arcę exponitur in 3. libros distincta, & res ante Diluvium, in Diluvio, & post Diluvium peractas curiosis quæstionibus exponit. *Amstelodami* 1673. in fol.

30. *Turris Babel*, opus in quatuor libros digestum, quo structura Turris, necnon aliæ prodigiosarum fabricarum monumenta exponuntur. *Amstelodami* sub prælo in folio.

31. *Phonurgia Nova*, qua per prodigiosos sonorum effectus, & proprietates, nec non per machinas sono animatas, reciproco correspondu, de quacunque re occulta, manifesta, tum inter domesticos parietes, tum foris in dissi-

tis

C. VIII.

tis regionum locis, sermocinatio institui potest. *Campidonæ* 1673. in folio.

32. *Musæi Collegii Romani* à P. *Athanas. Kirchero* instituti, descriptio exactissima per *Georgium de Sepibus Valesium* Mathematicum, & *Authoris* in machinis conficiendis, executorem peracta. *Amstelodami* ex Officina *Janssonio-Waesbergiana*, *anno* 1678.

33. *Organum Mathematicum* ad disciplinas mathematicas facili methodo addiscendas, in usum Principum primò adinventum, & deinde à P. *Gaspare Scotto* integro Tomo eruditè descriptum, & demonstratum. *Norimbergæ* apud *Enteros*. 1670.

34. *Pantometrum Kircherianum* ad usum Principum primò ab *Authore* inventum, & à P. *Gaspare Scotto*, integro Tomo explicatum, & demonstratum.

35. *Sphynx Mystagoga, sive Diatribe de Mumia hieroglyphicata* ex Ægypto in Galliam non ita pridem translata, hieroglyphicorum, quibus inscribitur, symbolorum interpretationem continet. *Amstelodami* apud *Joannem Janssonium à Waesberge, anno* 1674.

Opera jam prælo parata sequuntur.

36. *Turris Babel Tomus* II. & III. *Atlas polyglossus intitulatus*, sive Confusio linguarum, in ordinem redacta, quo omnium linguarum atque idiomatum totius Orbis Terrarum disparatissima genera, & species ad 72 linguas novo ausu atque methodo, multorum annorum studio eo labore collecta, orbi literario exponuntur.

37. *Physiologia Kircheriana* multiplici innumerabilium experimentorum varietate comprobata, quam ex vastis *Ath. Kircheri* operibus summa fide, & studio collectam in unum Tomum contraxit *Joannes Stephanus Kestlerus Alsata*. Pars III.

†38. *Ars Analogica*, quæ de quovis proposito themate, per rerum naturalium analogismos, sive symbolicos conceptus, tum expeditè scribendi, tum amplè dicendi materia subministratur. *Amstelodami* in folio.

†39. *Iter Hetruscum*, quo Hetruriæ tum priscæ, tum tempore Reip. Rom. tum posteræ, origo, situs, natura, politica, catastrophæ, monumenta sacra, profana, nec non naturæ admiranda, triplici ratiocinio, politico, physico, geographico describuntur, & explanantur. *Amstelodami* in fol.

†40. *Geometria practica combinata*, in usum Principum elaborata.

†41. *Ars Veterum Ægyptiorum hieroglyphica*, quâ Sacerdotum priscorum in Obeliscorum, statuarum, aliorumque monumentorum hieroglyphicis symbolis disponendis, ordinandis, & singula cum singulis combinandis, ratio, modus, & methodus, à nemine, quod sciam, hucusque tentato artificio verè, & genuinè exponitur, & Hieroglyphica sapientia tandem restituta jure dici potest.

†42. *Abhenaali, sive Avicennæ Tomus* II. qui & Canon dicitur, de medicamentis simplicium, mineralium, plantarum, fructuum, gummium, animaliumque ad Medicorum instantes deprecationes, ex Hebraica, & Arabica lingua ab *Authore* in Latinam translatus, una cum plantarum figuris. Multa alia mente conservantur, quæ si Deus vitam dederit, luci parabuntur.

Nota

C. VIII.

Nota ad Lectorem.

Quicumque corpus integrum horum Operum hactenus impressorum desideraverit, is ea à *Joanne Janssonio* à *Waesberge* & Filiis *Amstelodami* librorum Kircherianorum impressoribus, & Bibliopolis, ad unum omnia obtinere poterit. Laus Deo, & Virg. Matri.

Post Elenchum Librorum jam exhibitorum.

I. COntinentur præterea in *Musæo Kircheriano* Epistolarum 12 Tomi in Folio à 40 Annis ad eum datarum annuatim collecti, quos non solùm Pontifices, Imperatores, Cardinales & Principes Imperii, sed & literati Philosophi, Mathematici, Physiologi ex toto orbe ad eum variis linguis, tum honoris causa, tum veluti ad oraculum, de difficillimarum quæstionum ex omni scientia propositarum solutione exaratas miserunt, quas uti plures non contemnendum Thesaurum æstimaverunt rerum in eo contentarum, ita quoque saltem majoris momenti Epistolæ luci ut darentur, institerunt: attamen pro solita *Auctoris* modestia nihil ab eo hucusque obtinere potuerunt.

II. Tenentur postea in occluso quodam reconditorio rara quædam opera manu scripta, ex *China*, *India*, & *Regno Mogor*, ad eum tanquam depositarium transmissa, quæ uti sunt raritatibus argumentorum conferta, ita quoque operum dictorum Patres, eorundem Auctores, sperant futurum, ut noster *Auctor* pro sua ad omnibus serviendum promptitudine ea ut publici Juris fiant, procurare ne gravetur, idque quam obnixissimis precibus, ne labores eorum penitus interirent, ab eo contenderunt.

Librorum summa hæc est.

OPus ingens universalem *Sinarum* Politico-moralem scientiam continens, in quo de ritibus & moribus *Sinarum*, de varietate sectarum, de Philosophia Naturali, de artibus uti & de lingua Sinensi, & de mira literarum ex 64 lineis variè transpositis combinatarum inventione; de Musica, earundemque instrumentis; de Geographia, de Montibus, Maribus, Fluviis & Urbibus; de Theologicis argumentis, similibusque inter eos controversiis agitur. I.

De Chronographia Imperatorum *Sinensium*, ab Anno 275 post diluvium usque ad annum *Christi* 1666 continuata. II.

De vita *Confutii* maximi *Sinensium* Philosophi ejusque Discipuli *Memcii*, eorumque morali Doctrina, Christianæ non absimili. Quod opus primò contextum fuit ex priscis omnium *Sinensium* scriptorum monumentis, à P. *Prospero Intercetta Siculo* collaborantibus ex Soc. nostrâ Doctissimis & Rerum *Sinensium* peritia excultissimis P. *Rugimont*, & P. *de Conplet Belgis*, & P. *Andrea Herdrick Austriaco*. III.

Ex *Mogor Regno*, quod *Indostan* vocant, dono P. *Henrici Roth* Missionarii Mogoritani opera de moribus & ritibus *Brachmanum* quorum linguæ est peritissimus, & sunt 1. exactissimum Opus totius Grammaticæ Brachmanicæ, cujus & Rudimenta is primus *Europæ* communicavit. 1.

2. Opus eximium & subtile Apophthegmatum cujusdam *Brachmani* Philosophi, *Basext* nomine circa errorem illum generalem quo dicunt ipsam materiam primam, & omnia creata esse idem cum *Deo*, opus sane uti subtilissimum, ita quoque gentili intellectu superius, atque hæc ipse P. *Roth Romam* ex *Mogoris Regno* advena propriis ma- 2.

C. VIII. nibus P. *Kirchero*, si occasio se obtulerit imprimenda consignavit.

Deinde ex *America Australi* deposita spectantur apud eum duo nobilissima opera à P. *Valentino Estansel Moravo*, olim *Kircheri Romæ* in re literaria socii, quorum prius est *Mercurius Brasilius*, id est de mirabilibus *Brasiliæ*, quo describuntur primò ritus, & constitutiones naturales Regionis, deinde hominum mores & vita, postea animalia quadrupeda, volatilia, natatilia, insecta, quibus subjungit vegetabilia, arbores, herbas, flores, fructus, & tandem de mineralibus, omniumque jam dictorum virtutibus, & proprietatibus eleganti & polito stylo agit. Opus verè curiosum & dignum consideratione, præsertim cùm is omnium inspector & observator fuerit.

Est opusculum phænomenorum solis, quo siderum, circa polum Australem apparentium nobis incognitorum, uti & de Cometarum præterlapsis annis in *Brasilia* apparentium, motu, duratione, interitu, scitè admodum scripsit, quorum omnium ipse primus ex Astronomis sub Zona Torrida observator fuit & plurima singularia continet *Europæ* Astronomis ignota.

Continetur & hic Opusculum P. *Nicolai Mascardi Itali* olim *Kircheri Romæ* in Mathematicis discipuli ex *Regno Chile* ad eum datum in quo Regiones circa *Fretum Magellanicum*, à se noviter detectas, dignas scitu, & à nemine hucusque traditas describit. Deinde miram proprietatem montium, quos *Andes* vocat, queis sub Cœlo altiores esse non putat, quos *Cordelliera Hispani* vocant; de Zona Torrida utriusque Oceani *Zud* & *Nord* Insularumque adjacentium, quæ *Quilloa* dicuntur, stupenda enarrat.

Atque hæc sunt quæ *Musæo* subjungenda censui; *Janssonio-Waesbergiano* Prælo, si placuerit, reservata.

Laus DEO & B. V. MARIÆ.

GEORGIUS de SEPIBUS *Valesius*, Auctoris in *Musæo* Mathematicus, Mechanicus & indignatus discipulus.

BIBLIOTEKA OLSZTYNIE MUZEUM

IN-

INDEX RERUM.

Numerus paginæ index eſt, literæ *a* & *b* columnam primam & ſecundam indicant.

A.

Abbas ſuperbus. 32. a.
Acetabulum. 22. a.
Adamantes Boëmici. 42. a.
Adami Schall *effigies.* 7. b.
Adonis *ſimulachrum.* 8. a.
Æs ex Antimonio. 42. a. *ex Cinnabrio temperatum.* 41. b. *factitium ex alumine & cupreo liquore.* ibid.
Agathes Senenſis, Orientalis, Sicilienſis, Boëmicus, Belgicus, Ellipticus. 42. b.
Agrippina *filia* M. Agrippæ, *uxor* Germanici. 8. b.
Alcis cornua & ungulæ. 29. a, b.
Alcoranus Arabicus, quo uſus Soliman Turcarum *Imp.* 10. b.
Alexandri VII. *Pontif. effigies.* 6. b. *numiſma.* 49. b.
Alexandri Farneſii *Card. numiſma.* 50. b.
Amethyſtus. 42. b.
Amida Japonenſium *idolum.* 7. b.
Amphora. 22. a, b.
Animal exoticum mephiti exanimans. 31. b.
Animalia Indica & Mexicana. 3. b.
Antimonium crudum. 42. a.
Antonii Caracallæ *Imp. ſtatua.* 8. b.
Aqua ſapientiæ. 46. a.
Aquila imperialis hydraulica. 3. a.
Ara magnetica. 20. a. 39. b.
Arbor metallorum. 46, a.
Architæ columba libero volatu horas indicans. 3. a. 19. b.
Argentum capillare. 41. b.
Argilla. 26. b. 27. a.
Armadillus Ericius loricatus. 27. a. *Mexicanus.* ibid.
Ars Colibiſtica. 22. a.
Aſtrites. 26. a, b.
Aſtrolabia. 4. a. 17. a.
Atramentarium ex quinque marmoris ſpeciebus elaboratum. 42. b.
Atramentum Sinicum. 35. a.
Auguſti *Principis Luneburgenſis & Brunſvicenſis effigies.* 7. a, b.
Aurea *marcaſita.* 42. a.
Aurum pallidum prout in venis reperitur. 41. b.

B.

Bacchi *ſimulachrum.* 8. a.
Balænæ branchia. 23. b.
Barantolæ *Regis effigies.* 7. a.
Bernini *ſculptoriæ artis ſpecimina.* 1. b.
Bibliothecium Authoris. 1. a.
Buccinæ. 28. b.
Buſta Salvatoris & B. V. Matris. 7. a.

C.

Catoptrica. 36. a. Alexandri VII. *Pont. exhibitio.* 37. b.
Cauda Syrenis. 23. b.
Chalcedonii. 42. b. *glauci tabellula.* ibid.
Chamæleon aqueus. 46. b.
Chineſium *idola* 4. b. *cochlearia.* 34. b.
Chriſtinæ Alexandræ *effigies.* 7. a.
Chriſtophori Clavii *effigies.* 7. b.
Clava fortis Americana. 34. b.
Clementis VIII. PP. *numiſma.* 49. a.
—— IX. PP. *effigies.* 6. b.
Clepſydræ. 54. a.
Cobaltum. 41. b.
Cochlea Archimedea. 57. a.
Cochleæ pentadactylæ. 28. b.
Cochlearia Chineſium. 34. b.
Conchylia marina. 27. b. 28. a.
Confutius. 7. b.
Congius. 22. a, b.
Conicum ſpeculum. 38. b.
Corallus. 45. a.
Cornamuſæ. 51. a.
Corvus purpureus Braſiliæ. 33. b.
Craticula Dureri. 17. b. Kircheri. *ibid.*
Cribrum verſatile. 4. b.
Crocodili duo. 24
Crocodili lachrymæ *in proverbio dictæ.* 24. b.
Cryſtalla montana. 42. a.
Cryſtallinæ ſphæræ duæ tonitruantes. 40. a.

Cucurbitæ Mexicanæ, & ex eis vasa. 34. a.
Culeus. 22. a.
Cultri Sinensium. 35. a.
Cupido *horarius.* 37. b.
Cupidinis *simulachrum.* 8. a.
Cyathus. 22. a.
Cylinder crystallinus. 14. a.
Cymba magnete animata. 18. b.

D.

Diadema Regis Sinarum. 34. b.
Dianæ *marmorea statua.* 8. a.
Diogenes Cynicus. 8. b.
Dioptrica Christi *effigies, &c.* 39. a.
Divinatoria machina seu statua. 4. a. 19. a. 60. a.
Drachma. 22. a.
Durlacensium *principum & marchionum* Badensium *duorum effigies.* 7. b.

E.

Echometra. 17. b.
Edmundi *celebris* Galliarum *concionatoris effigies.* 7. b.
Electri spectacula. 43. a. & seqq.
Elenchus librorum Athanasii Kircheri. 61. & seqq.
Epistolarum Kircherianarum Tomi XII. 65. a.
Excrescentia mineralis in formam amethystorum. 41. b.
Experimentum hydrargyrostaticum. 47. a, b.

F.

Ferdinandi I. II. III. *Impp. numismata.* 49. b. II. & III. *Impp. effigies.* 6. b.
Ferdinandi Alberti *Ducis* Braunsvicensis & Luneburgensis *effigies.* 7. b.
Ferdinandi de Medices *effigies.* 7. a.
Figuræ Camææ. 43. a.
Flos ferri. 42. a.
Fons genium aquæ insidentem circumagens. 3. a.
Fons Isidem *sustinens.* ibid.
Fonticulus sphæram Atlanteam circumagens. 2. b.
Fungi impetriti. 33. b.
Framea Turcica. 7. 8. *Japonica.* 34. a.

G.

Geniorum turba choreas agens. 3. a.
Geographicæ tabulæ prægrandes quatuor. 6. a.
Gigantum ossa putatitia. 33. b.
Globi duo abortivi. 35. b.
Globi duo prægrandes, & alii duo minores, unus Cœlestis, alter Terrestris. 16. b.
Globi cœlestes & terrestres. 3. b.
Globorum solidorum motus varii. 4. b.
Globus crystallinus in aquis Salvatoris resurrectionem repræsentans. 3. b.
Globulorum lusus. 58.
Guilielmi *Ducis* Bavariæ & Renatæ *uxoris numisma.* 50. b.
Guldenleeuw *effigies.* 7. a.
Granati Boëmici unà cum vena. 42. a.
Granati Corsicensis frustum. 42. b.
Granatus ruber. ibid.
Gregorii XIII. *Pont. numisma.* 49. a.
—— XV. *Pont. numisma.* 49. b.

H.

Helicæ duæ spirales. 2. b.
Hemina. 8.
Henrici IV. Gall. *Regis effigies.* 8. b.
Herculis *statua.* 8. b.
Hippopotamus. 30. a, b. 31. a, b.
Hirundo marina. 4. b. 23. a. *ejus ala.* 34. a.
Historia de Lusitano in medio Crocodili & Tigridis. 24. b. 25. a, b. *de sponsa à Crocodilo devorata.* 25. a, b. 26. a.
Holometra. 17. b.
Holsatiæ *trium principum effigies.* 7. b.
Homerus *Poëta.* 8. b.
Horologia. 54. *Sciaterica seu solaria.* 54. a, b. *Hydraulica.* 54. a. *Sympathica.* ib. *Mechanica.* ibid. *Aquatica.* 55. b.
Horologia Aquatica. 55. b.
Horologium anacampticum. 55. a.
Horologium Astronomicum. ibid.
Horologium hydraulicum. 3. a. 54. a.
Horologium mirificum. 19. a.
Horologium pendulo indicans horas. 55. a.
Horologium rotale musicam sonans. ibid.
Horoscopia solaria. 3. b. 54. a.

I.

Japonica framea. 34. a. *quâ interempti* Jesuitæ *quidam.* 34. b.
Icones congiorum, vasorum antiquorum, urnarum, ponderum & mensurarum. 4. a.
Idola Chinensium. 4. b.
Iguana Americæ Mexicana. 28. b. 29. a.
Illyricanum orationum volumen. 10. b.
Impetrita. 4. a.
Innocentii X. *effigies* PP. 6. b. *numisma.* 49. b.
Instrumenta Mathematica. 16. & seqq. *Geometrica.* 17. b. *Scenographica.* ibid. *Musica.* 50. & seqq.
Joannis Friderici *Com. de* Valenstain, *&c. effigies.* 7. b.
Josephi Anchietæ *effigies.* 7. b.
Isis *multimammia.* 8. a.
Julii II. PP. *numisma.* 49. a.
Jupiter Ammonius. 8. a.

L.

Lampas horodictica. 55. b.
Lampades antiquæ. 4. a. 15. & seqq.
Larvarum marmorearum descriptio. 5. a, b. 6. a, b.
Leonardi Lessii *effigies.* 7. b.
Leopoldi I. *Imp. effigies.* 6. b.
Leopoldi *Archiducis* Austriæ *effigies.* 7. a. *numisma.* 50. a.
Lignum impetritum. 42. a.
Ligna facta ponderosiora & fundum aquæ petentia. 33. b.
Ligula 22. a.
Lithantrax. 42. b.
Litui. 51. a.
Lucerna magica Kircheri *inventum.* 39. a, b. 40. a.
Lucerna mirifica Solis splendorem exhibens. 40. a.
Lucernæ antiquæ. 4. a. 15. & seqq.
Lucinæ *marmorea statua.* 8. a.
Ludovici XIII. Galliæ *Regis numisma.* 49. b.
—— XIV. Galliæ *Regis effigies.* 7. a.
—— Ludovisii *Card. numisma.* 50. a.
Luminaria perpetua. 15. b. *eorum impossibilitas.* 16. b.
Lynx Mexicana. 31. a, b.

M.

Machina hydrostatico-magnetica. 2. b. *magnetico-hydraulica.* ibid. *vaticinatrix seu divinatoria.* 4. a. 19. a. 60. a.
Machinæ hydraulicæ. 3. a.
Magnes. 18. a, b. *Æolius.* 4. b. 32. a.
Mandioca *panis* Brasiliæ. 34. b.
Manucodiata avis Paradisi. 33. a.
Marcasita 41. b. *præparata ex Cadmia, seu Cobalto & Arsenico.* 42. a. *aurea.* ibid. *aureæ vena.* ibid.
Marcus Tullius Cicero. 8. b.
Margaritæ Austriacæ *effigies.* 7. a.
Marmor Mexicanum. 34. a.
Marmoris candido-rubei frustum. 42. a. *viridis.* ibid.
Marmorea glauco-viridis tabella. ibid.
Mensa cum effigie Salvatoris picta à Guidoreneo. 1. b.
Mercurius philosophorum. 46. a.
Meridianam lineam inveniendi praxis nova. 19. a.
Messalina. 8. b.
Metallica planta. 45. b.
Metallum argenteum. 41. b. *cupri.* 42. a.
Microscopia. 40. b. 52.
Minera Cadmia. 41. b. *stanni.* ibid.
Mineræ æris coloris argentei. 42. a.
Mineræ argentei coloris massa. 41. b.
Minerale æris argentei coloris. ibid. *argento & plumbo temperatum.* ibid. *atri coloris.* ibid.
Minerale nigrum argento pollens. ibid.
Minerale auro prægnans. ibid.
Minerva *Dea.* 8. a.
Mobile perpetuum apparens. 56. *artificiale in rerum natura non datur.* ibid.
Motus perpetuus hydraulicus. 4. b.
Moysis *statua figulina.* 8. b.
MSa opera ex China, India & Regno Mogor *allata.* 65, 66.
Mures Moscovitici. 29. b.
Murices. 28. a.

Muſetæ. 51. a.
Muſurgiæ opus Kircheri. 50. a.

N.

Navaztmachel *effigies.* 7. a.
Nepal *Regis effigies.* 7. a.
Nephriticum poculum. 34. a.
Neptuni *ſimulacrum.* 8. a.
Novaculæ Sinenſium. 35. a.
Numiſmata. 48. & ſeqq. XII *Cæſarum.* 48. b. 49. a. Romanorum *Pontificum.* 41. a, b. Auſtriacorum *Impp.* Galliæ *Regis.* 49. b. *Cardinalium.* 50. a. *Ducis* Bavariæ. 50. b. *magica & ſuperſtitioſa, &c.* ibid.

O.

Obeliſci quatuor majores, duo minores. 2. b.
Obeliſci Ægyptiorum. 10. a. *&c. eorum etymologia.* 10. b. Romæ *tredecim ſuperſtites ex* Ægypto *delati.* 11. a.
Obeliſcus Alexandrinus. 11. a. 12. a, b.
—— Chriſtinæ Alexandræ. 12. b.
—— Clementis IX. PP. 11. a.
—— *Flaminius.* 11. a, b.
—— *Lateranenſis ſeu Rameſſæus.* ib.
—— *Mahutæus.* 11. a. 12. a.
—— *S.* Mariæ *Majoris.* 11. a.
—— *Mediceus.* 11. a. 12. a.
—— Minervæ. 11. a.
—— *Pamphilius ſeu Rameſſæus.* 11. a. 12. a.
—— *Rameſſæus.* 11. a, b. 12. a.
—— *Vaticanus.* 11. a.
Officina rerum peregrinarum. 3. b. *fructuum mundi ſubterranei, &c.* ibid.
Onager. 29. a.
Optica. 35. a, b. 36. a.
Oraculum Delphicum. 4. a. 60.
Ovatum primum cum inſcriptione Chaldaica & Arabica. 4. a, b. *ſecundum cum inſcriptione Syriaca & Ægyptiaca.* 4. b. 5. a. *tertium cum inſcriptione Hebraica & Samaritana.* 5. a. *quartum cum inſcriptione Græca & Latina.* 5. a, b. *quintum cum inſcriptione Perſica, Syriaca & Æthiopica.* 5. b.

P.

Pagodes famoſiſſimum Sinenſium *idolum.* 7. b.
Palladis *ſimulachrum.* 8. a.
Pantometrum. 17. b.
Papiliones marini. 28. b.
Parallelogrammum relatum. 17. b.
Pauli V. *Pont. numiſma.* 49. a.
Perſpectivæ, picturæque plurimæ. 6. a, b.
Phiala aqua vitriolata naturali plena. 14. b.
Philippi IV. *Hiſp. Regis effigies.* 7. a.
Phœnix rediviva. 45. a.
Phyſa. 23. a.
Phyſeter. 24. a.
Pica Braſiliæ. 32. a.
Pii IV. PP. *numiſma.* 49. a.
Pilæ Æoliæ. 4. b.
Pinnæ 28. b.
Planiſphæria. 4. a. 17. a.
Plectra. 51. a.
Plumbum purum. 41. b.
Poculum nephriticum. 34. a. *ſtanneum hydraulicum.* 14. b.
Porcellana vaſa Chinæ *in forma idolorum.* 34. a.
Porphyrites. 42. b.
Priſmata cryſtallina. 40. b.
Proſpectiva architectonica. 3. a. *catoptrica.* 37. a.
Proteus Catoptricus. 38. a. *metallorum.* 46. a.
Pſalteria. 51. a.
Pſychroſcopia. 52. 53. a.
Pueri duo marmorei, opus Bernini. 8. b.
Pulpitum verſatile continens numiſmata XII Romanorum *Impp.* 1. a, b. 48. b. 49. a.
Purpuræ. 28. a.
Pyxides graduatæ cum dioptris. 17. b.

Q.

Quadrata Geometrica. 17. b.
Quadrans Catoptricus. 36. a.
Quadrantal. 22. a.
Quadrantes. 4. a. 17. a, b.
Quaracies. 33. b.
Quartarius. 22. a.